# PROGRESSUS IN UTROQUE JURE,

## PER DISCURSUM CANONICO-CIVILEM DEMONSTRATUS

## DE

## *Teſtamentaria, Legitima, ac Dativa Tutela, ac Cura, cauſiſque excuſantibus, aut removentibus ab ea.*

### I.

MUlieres SUBINDE tutelam filiorum ſuorum obtinere potuiſſe à Principe *l. fin. ff. de tut.* imò jam olim ab hoc petendæ tutelæ jus habuiſſe, cum tutor vel teſtamentarius, vel legitimus defuit, vel Privilegio à tutela excuſatus, vel ſuſpecti genere ſubmotus, vel ne ſuis quidem præ animi, aut corporis valitudine adminiſtrandis facultatibus idoneus inventus fuit: *l. 2. C. quand. mul. tut. off.* ac dein, ſi Matres eſſent aut Aviæ *Nov. 118. cap. 5.* naturales, (a) renunciaſſéntque aliis nuptiis & Senatus-Conſulti Vellejani, aliarúmque legum beneficiis in favorem ſexûs muliebris introductis, *d. Nov. 118. cap. 5. Nov. 94. cap. 2. l. fin. cit. tit C. quand. mul. auth. matri. C. eod.* citra ſpecialem principis conceſſionem obtinuiſſe tutelam, cámque, licet deprehenſæ fuiſſent eſſe debitrices aut creditrices ſuorum filiorum, *cit. Nov 94. cap. 1. auth. ad hoc. C. quand. mul. tut.* tutoribus dativis & legitimis *alleg. auth. matri. & Nov. 118. cap. 5.* ſed his tantum collateralibus (b) poſtpoſitis exercuiſſe æquè parùm dubitatur, quàm Magiſtratum debuiſſe cum inquiſitione, ac quandóq; cum ſatiſdationis exactione confirmare tutores, quos matres emortuæ liberis à ſe relictis, & hæredibus inſtitutis in teſtamento conſtituiſſent: *l. 4. ff. de teſtam. tut. l. 1. §. 1. & l. 2. ff. de confirm. tut. vel cur. § 5 Inſt. de attil. tut.* aut ab ipſo Magiſtratu, cui, uti Prætori, *pr. inſt. de attil. tut.* Præſidi, *l. 5. ff. de tut. & cur. dat.* ex lege vel SCto vel Principis placito competebat tutoris datio, *l. 6. §. 2. ff. de tut.* matres adhuc ſuperſtites, annis 25. minores, & munus tutelæ ſuſcipere renuentes, debere liberis ſuis intra annum petere tutores, niſi ipſæ à legitima horum liberorum ſucceſſione tanquam indignæ repelli voluerint. *l. 2. § 2 & l. 4. §. 3. ff. qui pet. tut. l. 6. C. ad SC. Tertull. l. 10. C. de legit. hered. arg l. fin. C. qui pet. tut.*

 II.

(a) Obſt. *arg § 7. & §. 9. Inſt. de nupt. l. 39 ff. de rei vind.* (b) Obſt. *auth. matri, C. quand. mul. & Nov. 118. cap. 5. ibi:* ſolis teſtam.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

II.

QUanquam verò PLERUMQUE ultra ſexum fœmineæ infirmitatis ſit officium & munus adminiſtrandæ tutelæ, *l* 1. *C. quand. mul. tut. l. 16. ff. de tut.* ideoque Lege XII Tabb. quæ inteſtato Parente mortuo agnatos voluit eſſe tutores *l* 1. *5. 6. 7. ff. de legit. tut.* non fuerit permiſſum Parenti liberis in poteſtate patria exiſtentibus alios, quàm maſculos, dare tutores; *l. 1. ff. de teſtam. tut. Junct. l. 18. ff. de tut.* illud tamen inter alia ſingulare eſt quoad maſculos, ut, ſi qui ſint pupillorum creditores, aut debitores, ii neque á Magiſtratu, neque in teſtamento dari poſſint tutores, (*c*) ſicut nec minorennium eſſe curatores: *Nov. 72 cap. 1. & ſeq. arg. Nov. 94. cap. 1. auth. minoris C. qui tut. dare. & arg. l. 26 ff. de teſtam. tut. Junct. l. 1. §. 1. ff. de ſer.* nimirum ab eo tempore, quo conſtiterit de vero credito, aut debito, *cit. Nov. 72. cap. 3.* quia reſultantes ex obligationibus paſſivis, aut activis cauſæ excuſationis, & recuſationis æquè, ac variæ aliæ excuſationum cauſæ, de quibus in *pr. Inſt. de excuſat. tut. §. 1. & ſeq. eod. tit. l. 1. §. 4. l. 2. & ſeq. ff. eod.* totíſque titulis *62. 63. uſque ad 69. in Libro 5. Codicis* fit accurata mentio, debent apud competentem judicem demonſtrari veræ eſſe, ac legitimæ, §. 16. *Inſt. l. 16. 18. ff. l. 23. C. de excuſat. tut.* alioqui nullatenus ſuffragaturæ. § *fin. Inſt. de excuſat. tut. l. 1. & l. 3. C. ſi tut. falſ. cauſ. alleg.* Imò ſi contingat debitum aut creditum doloſè occultari, & tamen tutelam aut curatelam ſuſcipi, & adminiſtrari, ſanè meritò poſt detectum vitium doli ſic commiſſi creditor declarari poteſt excidiſſe omni, ſi quæ ei verè contra pupillum aut minorennem competiit, actione; debitor autem non poterit redhibitionibus aut aliis ſolutionibus debiti ſe miſcere tempore tutelæ aut curatelæ forſan arte compoſitis. *arg. Nov. 72. cap. 4.* Atque iſta quidem pœna contra quoſcunque, etiam prodigorum, furioſorum, & amentium curatores dictata, *arg. cap. 1. & cap. 5. in fine ejuſd. Nov.* non procedit, ſi quis jam tutelam aut curatelam gerens debitor creditórve efficiatur, *prææalleg. Nov. cap. 2* néque in caſu ſupervenientis crediti, aut debiti hujuſmodi creditor, debitórve ſtatim actione illâ civili, populari, ac quaſi publicâ, & ſæpè ob dolum & culpam etiam latam famoſâ, *l. 32. ff. depoſiti, l. 226. ff. de verb. ſignif. l. 1. §. 1. ff ſi menſ. falſ. mod. l. 1. § 8. Junct. l. 31. d. t. ff. depoſiti* (*d*) quâ ſuſpecti tutores aut curatores removeri petuntur, conveniri poteſt; non reputatur tamen hoc in caſu ſolus ità fidelis ad impuberum, aut adoleſcentum curam adminiſtrandam, quin ei tutorem alterum, aut curatorem adjungi oporteat. *Nov. 72. cap. 2.*

## *De adminiſtratione & authoritate tutorum, ac curatorum, actionibúſque exinde competentibus.*

III.

TUtor, curatórque ſive ab initio fuerit legitimè conſtitutus, ſivè poſtea adjunctus, in officio ſuo ità ſolicitè verſari debet, ne quid committatur, omittatúrve

in

(c) Obſt. *l. 5. §. 4. l. 9. §. 5. ff de adminiſtr. tut. l. 8.* C. *qui dari tut. l. 7.* C. *de excuſat. tut. & arg. pr. Inſt. de ſatiſdat. tut. l. 26. ff. de excuſat. l. 7. §. 5. ff. de curat. fur.* (d) Obſt. *l. 1. §. 2. l. 3. §. ult. l. 6 § 4. ff. de ſuſpect. tut. & curat. §. 3. & 6. Inſt. eod. §. ult. Inſt. de except.*

in præjudicium impuberis. aut adoleſcentis ſibi quoad perſonam aut bonam conſiſi. *l. 5. C de per. tut. l. 5. §. fin ff de adminiſtr. & per. tut. & cur.* Quem in finem placuit priùs, quàm ad actualem tutelæ aut curæ adminiſtrationem progrediatur, debere NON SOLUM coram Notario & Teſtibus accuratum fieri Inventarium rerum ad eas perſonas pertinentium, *l. 24. C. de adminiſtr. tut. vel curat. l. fin. C. arbitr. tut. Nov. 94. in Epil.* (e) & præſtari Juramentum de faciendis, quæ in commodum: evitandis, quæ in detrimentum earundem perſonarum cedere poſſent, *l fin: junct. auth. quod nunc. C. de curat. fur.* SED ETIAM ſatiſdari. *l. 4. C. in quib. cauſ. reſtit. in integr. neceſſ. l. 3. C. de tut. & curat. qui non ſatiſd.* ſcilicet per fidejuſſores: *l. 4. § 4. & 7. ff. rem pup. ſalv. for.* inſupérque hodiedum ſpeciale decretum, quo exercitiũ tutelæ aut curæ conceditur, emanâſſe *Ord. Imper. Polit de annis 1548. & 1577. §. 32.* His ità concurrentibus poteſt utique tutor, qui non eſt merè honorarius *l. 4. ff. de auth. tut. l. 51. ff. de adm. tut.* PUPILLORUM, licet NON INTERVENIENTIUM, ac fortè adhuc infantum negotia tam judicialia, (*f*) quàm extrajudicialia, (*g*) adminiſtrare; *l. 22. & l. 27. ff. de adm. & peric. tut.* uſque adeò, ut & à debitoribus Pupillorum pecunias exigere, eóſque, ſed nonniſì accedente judicis decreto (*h*) plenè, liberare valeat. *l. 26. C. de adminiſtr. tut.* Poteſt pariter pupillorum INTERVENIENTIUM negotia gerere ſuam interponendo authoritatem, & quod inter pupillos alióſque agitur, approbando, *l. 3. ff. de auth. & conſ. tut. pr. Inſt. eod. tit. §. 9. Inſt. de inut. ſtipul.* approbatione ſcilicet diſcretâ, quæ verbaliter, *arg. l. 1 §. 2. ff. de tut l. 3. ff de auth. tut. junctâ lege 77. ff. de R. J.* purè, *l. 8. ff de auth. tut.* & ſtatim, quamprimum contrahentium conſenſus adeſt, *§ 2. Inſt. d. t. de auth. tut. l. 9. §. 5. ff. eod.* nec temerè *l. 11. ff. d. t.* accedere debeat, ſi negotia ſint, ex quibus pupillorum conditio poſſet evadere deterior: *cit. pr. & §. 2. Inſt. & ll. cc.* cùm hujus generis negotia ſint talia, ut, ſi à pupillis ſinè interventu & conſenſu Tutorum fiant, in pupillos exinde neque Civilis (*i*) *arg. cit. pr. Inſt. de auth. tut: l. 5 pr. & § 1. l. 9. ff eod.* neque verè naturalis (*k*) *l. 41 ff. de cond. ind. l. 59. junctâ leg. 10 ff. de obl. & act.* obligatio cadat, ſicuti ex negotiis Patrimonium reſpicientibus, ſi minorennes citra ſuorum Curatorum approbationem contrahant, in hos nulla quoque obligario redundat. arg. *cit. leg. 41. ff. de cond. indeb. & l. 3. C. de in integ. reſtit.*

## IV.

QUòd ſi Tutor, Curatórve SOLUS negotia ſui clientis abſque hujus interventu adminiſtraverit fideliter, actiones quidem DIRECTAS, quæ ex ſimilibus negotiis ipſum inter & Tertium perfectis natæ ſunt, intentare, & ab aliis intentatas ob officii ſui rationem *l. 5. ff. quando ex facto tut. vel curat. l. 1. C eod.* durante, non autem

(e) Obſt. *arg l. 2. C alim. pup. praſt. & l. 2. C quando & quib. quarta Pars l. fin § 1. C arbitr. tut.* (f) Obſt. *l. 1. princ. ff. de procur. l. 22 C de procur. l. un. C de act. à tut ſeu curo danſ.* (g) Obſt *l. 5. C de jur. del. l. 90. ff. de acquir. vel omitt. hared.* h) Obſt. *l. 46 § fin. ff. de adm. tut.* (i) Obſt. *l. 5. pr. ibi:* dandam actionem *ff. de auth. tut.* (k) Obſt *l. 127. ff de verb obl. l. 25 ff. de fidej. l. 1 § 1. ff. de Nov. l. 95 § 2. ff de ſolut, l 44 ff d. t. de ſolut, l 25 § 1. ff quando dies leg. l 64 in pr. ff ad S. Ctum Trebell.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rem finitâ, *l. 26. in fin. C. de admin. tut. l. pen. ff. quando ex facto* tutelâ, vel curâ (*l*) excipere debet. Actiones tamen UTILES ex facto Tutoris vel Curatoris afficere ſtatim minorennes (*m*) *l. 2. & l. fin. ff. quando ex facto. l. 3. & 4. C. eod tit.* & in ſpecie actionẽ utilem judicati *ctt. l. 1. C. d. t. l. 2 ff. de adm. & per tut.* Indubium eſt æquitatis principiũ. Aliud aſſeritur pro caſu, quo Tutor NON SOLUS negotia geſſit cum tertio, ſed auctore Tutore egit pupillus ipſe; hic enim directam, activam, aut paſſivam obligationem ſibi acquiſiviſſet. *l. 2. & l. 15. ff. de auth. tut. l. 28. ff. de pact.* Porrò in hoc æquè ac priori caſu, ut primum tutelam finiri contigerit modis *ex pr. & tot. tit. Inſt. & ff. quib. mod. tut fin* notoriis, licebit minorenni, ejúſque hæredibus contra tutorem, ejúſque hæredes inſtituere actionem DIRECTAM tutelæ, *l. 1. pr. & §. planè, junctâ leg. 9. §. 4. verſ. abſurdum. ff. de tut. & rat. tot. tit. C. de hæred. tut. vel cur.* quæ Civilis, *§. 2. Inſt. de obl. quæ ex quaſi cont.* Perſonalis. *d. §. 2.* Rei perſecutoria, *§. 17. Inſt. de act.* bonæ fidei, *§. 28. inſt. de act.* perpetua *l. 1. § 23. ff. de tut. & rat. diſt.* eſt, eò potiſſimùm tendens, ut adminiſtrationis pupillaris rationes conficiantur, exhibeantúrq; & res in Inventario comprehenſæ, quatenùs fieri poteſt, reſtituantur, *l. 3. & l. 9. C. arb. tut. l. 9. ff. de tut. & rat.* non alio in loco, quàm ubi Tutor adminiſtravit, inſtituenda. *l. 1. C. ubi de rat. tam publ. quàm priv.* Prout vice verſâ tutoribus quondam talibus, eorúmque hæredibus contra pupillum, ejúſque hæredes licebit inſtituere actionem Tutelæ CONTRARIAM (*n*) civilem, & rei quoque perſecutoriam, bonæ fidei ac perpetuam, ad id conſequendum, quod ob adminiſtratam fideliter tutelam abeſt, aut abfuturum eſt. *l. 3. §. 1. & § fin. ff. de contr. tut. §. 2. inſt. de obl. quæ ex quaſi contr.* Atque hæc doctrina non ſolùm ex proviſione juris Civilis utiliter procedit quoad minorennes, eorúmque Curatores: *l. 14. C. de adm. tut. l. 3. C. arbitr. tut. l. 16. & l. 17. ff. de tut & rat. diſtr & utili Curationis cauſa actione. l. 1. § 2. ff. de cont. tut. & util. act.* Verùm etiam ex juris prætorii additione *in leg. 1. pr ff. de eo, qui pro tut.* ſuo modo obtinet inter pupillum & minorennem & eum, qui pro Tutore, próve Curatore negotia geſſit: prout colligitur ex *citatâ leg. 1. ff. de eo, qui pro tut. l. 4. & l. fin. ff. eod.* ibíque memoratâ actione pro Tutelæ & Curæ.

## *De rebus eorum, qui ſub Tutelâ, vel Curâ ſunt: uti & de rebus Eccleſiæ alienandis, vel non.*

### V.

E Contra, ſi Tutor, Curatórve minùs fideliter, aut malè prorſus tutelam, curámve adminiſtraverit: jure tum Civili tum Prætorio ad ſuum conſequendum eſt aliunde inſuper cautum pupillis, ac minorennibus. Sic enim PRIMO ſi de vero Tutore ſermo ſit, qui forſan rem pupilli ex ejus bonis abſtulit, vel in rationes non retulit, prodita eſt à jure Civili actio de rationibus diſtrahendis, *l. 55. ff. de adm. tut.* quæ per-

(*l*) Obſ. *l. 4 C. de neg. geſt. l. 25 C de adm. tut. arg. l. 67. ff de proc.* (*m*) Obſ. *arg. l. 11 ff de obl. & act. l. 37 § 17 ff de verb. obl.* (*n*) Obſ. *l. 1. pr. ff. de contr. tut. act.*

perſonalis, *l. 1. §. 22. & 23. ff. de tut. & rat.* & perpetua eſt *d. §. 23.* Pupillo & hæredibus ejuſdem contra Tutorem, non verò, quia pœnalis in duplum concepta eſt, *l. 2 § 2. ff. d. t. de tut. & rat. diſtr.* in ejus hæredes competens. Síque inſtituta hac, aliáve perſonali, aut etiam reali actione directè, utilitérve competente Pupillo à Tutore infideli non ſatisfiat, palam eſt, conveniri poſſe fidejuſſores, affirmatores, nominatoréſque Tutoris, *l. 2 l. 4. l. 5. §. fin ff. de fidej. & nom. & hæred tut.* ſaltem quia hi adhuc gaudent beneficio ordinis *Nov. 4. c. 1.* (o) in ſubſidium; imò ſi excuſſis Tutoris, fidejuſſorúmque, & ſimilium acceſſoriarum perſonarum facultatibus nondum ſatisfactum pupillo reperiatur, contra Magiſtratum, qui officium ſuum deeſſe ità paſſus eſt, ut ei dolus aut culpa imputari valeat, ejúſque hæredes, quatenus culpæ dolive redargui poſſunt, utilis ſubſidiaria actio conceditur. *§. ſciendum, Inſt. de ſatiſd. tut. l. 1. 4. 6 ff. de Magiſtr. conv.* SECUNDO ſi de falſo tutore ſermo ſit, planè à jure prætorio quemadmodum perſonis, qui falſo tutore authore cum pupillo contrahentes læſæ, deceptæque fuerunt, earúmque hæredibus datur directè actio in factum annalis perſonalis contra Tutorem illum dolo malo ſe interponentem, & quadantenus pœnalis ad id, quanti intereſt, non fuiſſe læſas ipſas ac deceptas; *l. 1 7. 9 11. ff. quod falſo tut.* ità utiliter actio eadem applicatur contra Tutorem, ſi Pupillus ejuſdem reſponſo doloſo in actum quendam damnoſum, puta, non neceſſariam rei alienationem, inductus fuit. *text. in l. 12 ff. cit. tit. quod falſo tut.*

## VI.

ET quidem hujuſmodi alienationem quod attinet, eam ſummoperè exoſam eſſe, pateſcit nimis ex ſolicitudine ſuperiorum volentium ad alienationem rerum eorum, qui ſub tutela vel cura ſunt, non debere procedi, niſi ſimul concurrant PRIMO juſta, eáque urgens cauſa alienationis, *l 6. & l. 12. C. de præd. & al. reb. min.* qualis non ſolùm eſt cauſa æris alieni gravis, *l. 5 §. 9 ff. de reb. eor.* (p) ſed etiam cauſa alimentorum, *arg. l. 3. §. 5. ff. ubi pupill. educ.* aliáve *arg. l. 22 C. de adminiſtr. tut.* SECUNDO diligens & circumſpecta cognitio cauſæ talis ad normam legis *5. §. 9. 10. 11. 12 ff. de reb. eor.* facta ac TERTIO poſt ſimilem cognitionem decretum judicis, quo ad omnem fraudis ſuſpicionem avertendam ſolenniter interpoſito permittatur diſtractio, *cit. l. 6. & l. 12. C. de præd. & al. reb. min.* uno ſiquidem horum requiſitorum deficiente diſtractio eſt, manétque (niſi aliquando in majorenni ætate expreſſè, *tot. tit. C. ſi major. fact.* aut tacitè ex lapſu quinquennalis, aut ſaltem longi temporis, *l. fin. C. ſi major. fact. al* ratificetur) omninò nulla, *l. 2. C. de præd. & al. reb. min. l. 3. §. 13. ff. de ſuſpect. tut.* ità, ut rem etiam traditam vindicare liceat. *l. 4. 8. & ſeqq. C. d. t. de præd. & al. reb. min. l. 2. & 3 C. ſi quis ignor. rem minor.* (q) Neque hoc in puncto diſtinctio fit inter res immobiles & mobiles, modò hæ ſint ſervando ſervabiles, *l. 22. C. de adminiſtr. tut.* res enim, quæ ſaltem ultra triennium ſervari non poſ-

(o) Obſt. *l. 1 C de fidejuſſ. tut. vel cur.*
(p) Obſt. *l 5 § 9. ibi:* ſi modo, *Junct. § 14. ibi:* ſed ità demum, *ff de reb. eor. qui ſub tut. l. 12 & l. fin. C. de præd. & al. reb. min.* (q) Obſt. *l. 1 & 17 C de præd. min. l 2 C quando decret. non. l fin. § 3 C de adminiſtr. tut. l 1 § 2 & 3. Junct. l 4 § 1 & ſeq. ff de reb. eor. qui ſub.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

poſſunt, juſto pretio & in tempore opportuno Tutor citra ſimilium requiſitorum concurſum alienare poteſt *l. 7. §. 1. ff. de adminiſtr. tut. l. fin. §. fin. C. eod.* Multò minùs autem ſit diſtinctio, an alienatio facta ſit ab ipſo tutore, an à pupillo attentata? *text. in l. 1 § 2. Junct. l. 5. ff. de reb. eor qui ſub tut.* quanquam notabile ſit peccari hoc ipſo in leges prohibitivas alienationis, ſi ſinè prætoris authoritate repudietur fundus pupillo legatus. *d. l. 5. §. 8. ff. de reb. eor.* Quâ occaſione cum & aliàs *arg. cap. 1. de in integr. reſtit.* à pupillo ad Eccleſiam inferre liceat, judico à Prælatis Eccleſiarum, quibus de cætero quoad res mobiles non pretioſas: *arg. extravag. ambitioſæ. de reb Eccleſ non alien. inter Commun.* quin & immobiles ſeu exigui valoris *arg. Can. terrulas XII. q. 2* ſeu alienari ſolitas *d. Extrav. ambitioſæ.* magna libertas relicta eſt, non poſſe validè repudiari rem immobilem utilem, aut mobilem pretioſam legatam Eccleſiæ, niſì concurrant ſolennitates ad Canonicam alienationem requiſitæ, præſcriptæque in Canone 20. *XII. q. 2. cap. 2. de reb. Eccleſ. non alien. in 6. Clem. 1. eod. tit. cap. 1. ꝫ de his, quæ fiunt à Prælat. cit. Extrav. ambitioſæ.* moveórque rationibus deſumptis ex lege 23. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* lege 8. *ff. de leg. 2. & l. 77. §. 3. ff. d. t. de legat. 2.* (r)

## *De teſtamentis ordinandis juxta Jus commune, aut Jus particulare alicujus Privilegii.*

### VII.

NOn nego tamen valere alienationem rerum etiam immobilium ſinè prædictis ſolennitatibus à pupillo, tutoreve factam, ſi defunctus Pater, aliúſve, cui pupillus ſucceſſit, permiſerit aut mandaverit in ſuo teſtamento earundem rerum alienationem, *l. 1. & l. fin. ff. de reb. eor. qui ſub tut.* licet uſque adeò poſtea appareret teſtamentum eſſe irritum. *cit. l. fin.* Quin potius reflecto teſtamentum ità debere dici juſtam voluntatis noſtræ ſententiam de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri vult, ut ejuſdem jura ex alterius præſertim metum inferentis arbitrio pendere nequeant, ſivè de lege Civili *32. pr. ff. de hæred. inſtit* ſivè de Canonicâ (s) loqui placeat. Illud certum quòd teſtamentum, ut juxta JUS COMMUNE Civile ſit juſta ſententia teſtatoris de eo, quod poſt mortem fieri vult, *l. 1. & l. 4. ff. de teſt. ord.* INPRIMIS omninò neceſſe ſit, ut hujuſmodi ſententia facta ſit ab eo, qui habet teſtamenti factionem: proindêque à patref.; Filius enim familias, ſi nullum peculium Caſtrenſe, vel quaſi Caſtrenſe, cujus intuitu facultatem ſpecialem à lege accepit, *pr. Inſt. quib. non eſt permiſs fac. teſtam. §. fin. inſt. de teſtam. milit. l. fin C. de inoff. teſtam.* habere deprehendatur, non rectè teſtatur de peculio adventitio ordinario: *l. 16 ff. qui teſtam. fac. poſs. & l. 3 §. 1. C. eod.* imò nequidem conſenſu Patris *l. 6. ff. qui teſtam. fac. poſs. & pr. inſt. quib. non eſt permiſs. fac. teſtam.* accedente de peculio adventitio extraordinario, arg. *pr. in fine inſt. quib. non eſt permiſs. fac. teſtam. & arg. l. 32. in fine*

C.

(r) Obſt. *arg. l. 28 ff. de verb. ſignif. l. 6. § 2 & 4 ff quæ in fraud. credit. l. 5. § 14 ff de donat. inter Vir. & Vxor.* (s) Obſt. *cap. 13. ꝫ de teſtam.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

C. *de appellat* (t) DEINDE ſecundùm præcepta juris, *l. 4. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* oportet, ut, qui habet teſtandi facultatem, teſtamentum faciat unico contextu, nullo actu extraneo & à natura teſtamenti alieno interveniente; *§ 3. Inſt. de teſtam. ord. l. 21. §. ult ff. qui teſtam. fac. poſſ. l. 20 ff. de verb. ſignif.* (u) in præſentia 7. teſtium, *§. 3. inſt. de teſtam. ord.* & quidem *l. 21. § 2. ff. qui teſtam. fac poſſ.* ſpecialiter rogatorum, (vv) ac tempore, quo ſubſcribunt, & ſubſignant, uti debent: *§ 5 inſt. de teſtam. ord l. 22. §. 2. ff. qui teſtam. fac. poſſ. l. 9. & 12. C. de teſtam.* habilium, quales etiam legatarii & fideicommiſſarii particulares, *§. 11. inſt. de teſtam. ord. & l. 22. Cod. eod.* eſſe poſſunt (x)

## VIII.

JURE SINGULARI citra tantum teſtium numerum juſta ſæpè habetur voluntas teſtatoris in teſtamentis Privilegiatis, inter quæ præprimis eſt teſtamentum Patris inter liberos, TAM ſcriptũ, in quo ſufficit certa ſit voluntas Patris certitudine aliquâ per ſolam ejus ſcripturam, aut ſubſcriptionem, expreſſo die, aut liberorum nominibus ſpecificatis *l. fin. verſ ſi epiſtola. C. fam. Erciſc. l. 21 §. 1. & auth. quod ſinè C. de teſtam. Nov. 107.* innoteſcente, QUAM nuncupativum corã duobus teſtibus factum. arg. *cit. l. fin. C. Fam. Erciſc. & l. 21. §. 1. C. de teſtam.* (y) Proximum huic, iiſdémque ac majoribus Privilegiis munitum eſt teſtamentum ad cauſas pias conditum *l. 1. C. de Sacroſ. Eccleſ. cap. 11. ☧ de teſtam.* utpote quod jure ſcripto Canonico *cap. pen. de ſepult. in 6.* Filiifamilias: & ex probatâ conſuetudine *cap. 12. ☧ de teſtam.* de bonis proſpectu Eccleſiæ acquiſitis Clerici Sæculares nullo, quantùm ad ſolennitates attinet, requiſito aut præſente teſte, perficere poſſunt: ſuſtinetúrque, niſi ratione voluntatis imperfectum reperiatur. *l. 25. & arg l. 29 ff. qui teſtam. facere poſſ. l. 11. §. 1. ff. de legat. 3. §. pen. inſt. quib. mod. teſtam. infirm l. 11. C. de manumiſſ. teſtam. l. cum Syllanianum C. de his, quib. ut indign.* (z) Nec minus Privilegiatum eſt teſtamentum militare in conflictu, aut campo martio factum, cum voluntas Militis modo quovis *l. 1. 40. & paſſim ff. l. 14. 15. C. de milit. teſtam* ſivè vivâ voce, ſivè teſtibus etiam fortuitò præſentibus manifeſtata, *d. l. 40 ff. & §. 1. inſt. de milit. teſtam* (a) intra unius ſaltem anni ſpatium firmitatem habeat, adeò, ut, licet de parte tantùm bonorum confectum fuerit, impugnari, minui, evertique nequeat *l. 11. 17. 36 ff d. tit. l. fin. C. de inoff. teſtam.* Quorum Privilegiorum nullum procedit in Clericis Regularibus ſolenniter Profeſſis, ſeu Prælatis, ſeu Subditis, utpote ad teſtandum inhabilibus per textum in Can 7. XIX. q 3. c. 2. ☧ *de teſt. c. f. de ſepult. in 6. c. 6. de Stat. Monach. auth. ingreſſi C. de Sacroſ. Eccleſ.*

De

(t) Obſt. *l 25 § 1. ff de mort. cauſ. donat. l. 7 § 2 ff de donat. l 2 § 1 ff. de pollicitat. l. fin. C qui teſtam. fac. poſſ. Junct arg. à contr. l. ult. § 5 verſ.* Filius autem, *C de bonis, quæ lib. Nov. 117. cap 1 § 1 Junct tit. Inſtit. de lege Fuſia Canin. toll l. 50. in fine, ff ad SC Treb. l 9 ff de his, qui ſui vel alien. jur Junct. l. 3. § qui teſtam. fac. poſſ.* (u) Obſt. *l 26 ff de pign. act l 38 ff de mort. cauſ. donat. l. 1 § 3. ff de aſſign. libert. l. 37 § 1. ff de legat. 3. l. 1 C comm. utriuſque jud. Junct. l 21 C Fam. Erciſc.* (vv) Obſt. *l 11 C de teſtib.* (x) Obſt. *tot. tit. C de his, qui ſibi adſcrib. in teſtam. l 15 ff ad L. Corn. de Falſ. l 10 ff de teſtib. Junct. l. 1 § 11 ff quand. appell. ſit & intra quæ temp.* (y) Obſt. *l. fin. C. Fam. Erciſc. Nov. 107. § 1.* (z) Obſt. *l 38 ff de fideicommiſſ. libert.* (a) Obſt *§ 1. Inſt. & l 24. ff de milit. teſtam.*

## *De hæredum inſtitutionibus ac ſubſtitutionibus.*

I X.

PRæcipua autem ſivè Militaris, ſivè alterius cujuſcúnque Paganici teſtamenti for-
ma, & ſolennitas interna, eſt hæredis inſtitutio, *l. 10. 13 §. 1. ff. de jure Codicill.*
ſeu deſignatio ſucceſſoris in jus defuncti, *l. 24. ff de verb. ſignif. l. 62. ff. de reg. jur.* in
qua perficienda teſtator Paganus, qui partim teſtatus, partim inteſtatus decedere
nequit, debet, ſi Paterf. eſt, habere præcipuam conſiderationem liberorum ſuorum
naturalium, aut adoptivorum: nam LIBERI SUI JAM NATI, ſi in teſtamento
paterno nec inſtituti, nec ob unam ex cauſis in *Nov. 115. cap. 3. & 4.* enumeratis, aut
ob aliam ſimilem vel majorem expreſſam, *arg. l. 2 §. 18. C. de vet. jure enucl. l. 12. &*
*13. ff. de legib. l. 1 Junct. l. 3. ff. ad leg. Pomp. de Parricid.* exhæredati fuerint, (b)
teſtamentum ipſo jure nullum eſt, & licet hi ſui antè Patrem emoriantur, nullum
remanebit *l. 7. ff. de liber. & poſth. l. 16 §. 1. in fine ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. pr. inſt.*
*de exhæred. liber. l. 1. ff. de injuſt. rup. & irrit. teſtam.* (c) SUI VERO POSTHU-
MI, tam veri, quàm quaſi tales (ut ſileam de emancipatis, qui ex benigno Prætoris
edicto bonorum poſſeſſionem contra teſtamenti tabulas conſequuntur, *§. 3. inſt. de*
*exhæred. liber.*) paternum aut avitum ſic rumpunt teſtamentum ſui agnatione, *§. 2.*
*inſt. de exhæred. liber.* ut id agnatione ſaltem veri poſthumi ruptum neque Civili, ne-
que Prætorio jure reſtituatur, licet poſthumus natus illicò deceſſerit, *l. 2. C. de poſth.*
*hæred. inſtit.* (d) Cæterum ſicut EXISTENTES LIBEROS non ſufficit in con-
ditione, ſub qua hæres vocatus fuerit, eſſe poſitos, cum per hoc ipſi non poſſint
dici vocati à Patre, *l. 16. §. ult. in fine ff. de vulg. & pup. ſubſt. arg. l. 8. ff. ſi quis omiſſ.*
*cauſ. teſtam. l. 19. §. 1. l. 24. §. 1. ff. quand. dies legat. ced. l. 2. §. 4. 5. 6. ff. de vulg. &*
*pup. ſubſt. l. 19. ff. de hæred. inſtit.* (e) ità DEFICIENTIBUS LIBERIS nil vetat,
quominus teſtator pro ſuo rationabili placito hæredes alios inſtituat: ſique inſti-
tuerit, inſtitutio verbis generalibus concepta latiorem admittat interpretatio-
nem; qua de cauſa dudum prævaluit, ut ſi quis generali locutione fratrum liberos
inſtituerit, non tantùm natos, ſed etiam quandocúnque naſcituros vocaſſe cenſea-
tur; arg. *§. 5. inſt. de nupt. l. 53. ff. de ritu nupt.* (f) pariterque ſi teſtator adhuc CE-
LEBS generalem uxoris futuræ fecerit inſtitutionem, aut ad alimenta quid eli-
querit, non modò ad primam, ſed & ad ſecundam tertiámve poſtea ductam exiſti-
metur reſpexiſſe; quale quid tamen non ſolet concludi ſi MARITUS adhuc primæ
ſociatus conjugi ſimilem inſtitutionem aut legatum feciſſet arg. *l. 47. §. 1. ff. de legat*
*3. l. 89 §. 1. ff. de verb. ſignif.* (g) de bonis ſuis, quamvis admittendum putem,
quòd

(b) Obſt *l. 19 ff. de liber & poſth. Nov. 115 cap. 3.* (c) Obſt. *auth. ex cauſa C de liber præteritis*
(d) Obſt *l. 12 ff de injuſt. rupt. & irrit. teſtam l. 8 § 3 in fine ff de Jure Codicill.* (e) Obſt. *l. 102. ff.*
*de condit. & demonſtr. l. 83 ff de hæred. inſtit. l. 29 pr & §§ ſeqq. ff de liber. & poſth. l. 37. ff. de hæred.*
*inſtit. l. 41 in fine ff. de vulg: & pup. ſubſtit.* (f) Obſt l. 6 & 8. *ff. de ſuis & legitim. hæred. § 8. Inſt. de*
*hæredit quæ ab inteſt.* l. 1 § 8. *ff. unde cognati.* (g) Obſt l. 4 *ff de liber. & poſth. hæred. inſtit. l. 32 §*
*ult. ff de legat. 2. l. 19 ff. de reb. dub.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quòd conjux ſuper bonis Conjugis ſuæ de ejus permiſſu teſtari poſſit. *arg. tit. ff. mandati.* (h)

## X.

ET verò nil etiam vetat, quominus teſtator Paterf. aut alius hæredibus à ſe inſtitutis alium, alióſve ſubſtituat: nec enim tantùm primo, ſed & ſecundo, vel ulteriori gradu hæredem ſcribere permiſſum eſt, *pr. Inſt. de vulg. ſubſtit l. 36. 43. § 2. ff. de vulg. & pup. ſubſt. l. 2. §. 3. ff. de bon. poſſ. ſecund. Tab.* Quòd ſi in vigorem hujus permiſſionis teſtator plures ſubſtitutionum gradus fecerit, ſubſtitutus ſubſtituto, ut tali, etiam eſt ſubſtitutus inſtituto, *l. 27. 41. ff. de vulg. & pup. ſubſt. § 3. Inſt. de vulg. ſubſt.* (i) licet regulariter non prius ſubſtituto fiat locus, quàm inſtitutus hæres eſſe aut nolit, aut non poſſit, *l. 37 ff. de hæred. inſtit. l. 3. & 69. ff. de acquir. vel omitt hæred.* quando ſubſtitutio vulgaris facta eſt. (k) Et cum hæc ſubſtitutio vulgaris de ſe contineat caſum noluntatis & impotentiæ, ſubſtitutus in unum caſum, reputatur etiam vocatus in alterum caſum, *arg. l. 3. C de inſtit & ſubſtit. l 29 § 5. ff. de liber. & poſth. l. ult. C. de hæred. inſtit.* (l) ſi hic evenerit. Atque hæc ità procedunt in SUBSTITUTIONE prædictâ VULGARI, quâ teſtator etiam quilibet, cuivis inſtituto, in caſum, quo hæres non erit, ſubſtituit. *pr Inſt. de vulg. ſubſtit.* Aliter ſe res habet in ſubſtitutione PUPILLARI; quæ jure Patriæ poteſtatis tantum fit à Patre, ſivè adrogatore, ad quæcunque bona, adrogationis intuitu provenientia, *l. 10. §. 6. ff. de vulg. & pup. ſubſtit.* (m) ſivè naturali liberis impuberibus etiam exhæredatis, *§. 4 Inſt. de pup ſubſtit. l. 1. § pen. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. Junct. l. 20 ff de bon. poſſ. contra tab.* (n) in poteſtate & mortis & conditi teſtamenti tempore conſtitutis, *arg. l. 210. ff. de reg. jur. l. 1. ff. de reg. Caton.* (o) in caſum, quæ hæredes erunt, & ante pubertatem, vel aliud tempus brevius, neutiquam longius, morientur, *l. 2. pr. l. 7. 14. 21. 41. §. 2. ff. de vulg. & pup. ſubſtit.* (p) quoad bona alia propria. Poteſt verò PATER hanc pupillarem ſubſtitutionem (cujus tanta eſt efficacia, ut ſolâ hæredis ſui exiſtentiâ, licet filius impubes à paterna abſtineat hæreditate, *l. 28. ff. de reb. auth jud. poſſid. l. 1. §. 7 ff ſi quis omiſs. cauſ. teſtam. l. 14. ff. de ſuis & legit. l 30. §. 10 ff de fidei commiſs. libert. l. 2 § 1 in fine ff de vulg. & pup. ſubſtit.* (q) incipiat habere vires) ità perficere quatenus liberis ſuis ſingulis, vel ex iis noviſſimo morienti ſubſtituat; in quo notabili caſu inter inſtitutos ſucceſſio inteſtata obtineret, & demum ſingulis mortuis ſubſtitutus in noviſſimi portione omnium partes acciperet. *§. 6. inſt. de pup. ſubſt & l. 37. ff. de vulg & pup. ſubſt.* (r) excluſurus ipſam quoque matrem à legitima. *l. 8. § 5 ff. de inoff. teſtam. cap. 1. de teſtam. in 6.* Pupillari iſti ſubſtitutioni vicina eſt EX-EM-



(h) Obſt. *l 32 ff de hæred. inſtit. tit C de donat. inter Vir. & Vxor l 68. ff de hæred inſtit.*
(i) Obſt. *l 47 ff de vulg. & pup ſubſt.* (k) Obſt. *l 40 & 41 l 55 & 57. ff de hæred. inſtit. § ult. Inſtit. de vulg ſubſtit.* (l) Obſt l. 10 *ff de liber & poſth.* l 21 *ff de vulg. & pup ſubſtit.* l 21. *ff. ſolut. Matrim* (m) Obſt. l. 22 § 1. *ff. de adopt.* (n) Obſt l. 9 § 2 *ff. de liber. & poſth. Junct* l. 1 § 5 *ff. de Conjung. cum emancip. liber.* l. 41 § 4. *ff de teſtam milit* (o) Obſt. l. 2. *in pr verſ ſed ſi extraneum, &* l. 41. § 2 *ff de vulg. & pup. ſubſtit.* (p) Obſt l. 33 *ff de vulg. & pup. ſubſtit* l 76 *ff. ad SC. Trebell.* (q) Obſt. l 2 § 1. & l. 10 § 4 *ff. de vulg & pup ſubſtit.* l 11. § 1 *ff. ad SC. Trebell.* l. 38. § *fin. ff. de vulg. & pup. ſubſtit.* (r) Obſt. l 87 § 2. *ff. de legat. 3.*

EMPLARIS ſubſtitutio, quâ jure parentelæ PARENS quilibet & MATER filio ob vitium aliquod teſtari non valenti, in caſum, ſi cum eo vitio deceſſerit, *l. 43. ff. de vulg. & pup. ſubſt. & l. 9 C. eod.* ſubſtituere, non aliter tamen poteſt, quàm ut inprimis liberi, iis deficientibus fratres, ac tandem his non exiſtentibus alii ſubſtituantur: in caſum, inquam, ſi filius cum eo vitio deceſſerit, ſubſtitutio enim iſta vitio ceſſante ità exſpirat, ut ne eo redeunte quidem convaleſcat. *l. 9. C. de impub. & aliis ſubſt. §. 1. Inſt. de pup. ſubſt. l. 43. ff. de vulg. & pup. ſubſt* (s)

## *De acquirenda vel omittenda hæreditate, & eatenus utili beneficio Inventarii, ac jure deliberandi.*

### X I.

PRædictæ inſtitutiones ſinè effectu ſunt, quamdiu hæres extraneus hæreditatem non adiit, ſuus verò eidem ſe non immiſcuit, neque aliàs pro hærede geſſit, res v. g. hæreditarias animo hæreditatis adeundæ contrectando: *§ ult. inſt de hæred. qualit. & differ. l. 20. ff. de acquir. vel amitt. hæred.* (t) quod ut rectè fecerit, delatam ſibi hæreditatem, conditionémque adjectam extitiſſe ſcire debuit, *l. 21. ff. de condit. & demonſtr. Junct. l. 60. ff. eod. tit. l. 32. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. hæred. arg. l. 23. & 93 ff. eod.* (u) ac totam, prout delata erat, adiviſſe; *l. 1. 2. 10. ff. de acquir. vel omitt. hæred l. 20. C. de jure deliber.* (vv) adeò, ut nequidem præceptâ legitimâ, quam modò alibi partem hæreditatis eſſe dixi, per leg 39. *ff. de liber. & poſth hæred. inſtit. & Nov. 115. § 3.* reliquam omittere hæreditatem poſſit: *l. 1. & 2. ff de acquir. vel amitt. hæred.* (x) per legitimam aditionem omnia defuncti jura *l. 23. ff de acquir. vel omitt. poſs. l. 3. §. 2. ff. de bon. poſs. l. 24. ff. de verb. ſignif. l. 62. ff. de reg. jur.* non tamen poſſeſſionem, quippe quæ non juris, ſed facti eſt, *l. 1. § 3 l. 23 ff. de acquir. vel amitt. poſs.* (y) conſecuturus. Ex oppoſito omittitur hæreditas à ſuis per abſtentionem (z) ab extraneis verò per repudiationem, non verbis tantùm, ſed etiam re, & alio quovis indicio voluntatis manifeſtabilem; *l. 12. 71. §. 4 & l. 95 ff. de acq. & amitt. hæred.* nisì fortè hæreditas jam adita fuerit, regulariter enim majores, quicunque ſemel hæreditatem adeundo aut immiſcendo ſunt adepti, repudiare amplius nequeunt: *l. 4. C. de repud. hæred. § 5. inſt de hæred. qualit. & differ. l. 88. ff. de hæred. inſt.* (a) minor quidem præviâ adverſus aditionem reſtitutione poſſet repudiare, ſi tamen contra aditionem reſtituatur, bonâ fide antè geſta per alienationem, aut aliàs rata manerent. *l. 44. ff de acquir. vel amitt. hæred. l. 22. & 31. ff. de minor. 25. ann.* (b) Cæterum repudiatio hæreditatis, licet non privet hunc, aliúmve repudiantem prælegatis, nisì conſtet de contrariâ mente teſtatoris, volentis, ut, qui unum repudiat, alte-

(s) Obſt *l. 15. ff de inoff. teſtam. tot tit ff de alend. liber. vel parent. l 6 C de curat furioſ.*

(t) Obſt *l 21 pr. & § 1. & l. 88. ff de acquir. vel omitt hæred.* (u) Obſt. *l 21 ff de condit & demonſtr l 21 § ult. ff de acquir. vel omitt. hæred. l. 6 ff de bon. poſs. ſecund. Tab.* (vv) Obſt. *l 2 ff ſi pars hæred pet. l 20 § 1 ff de condit. & demonſtr. l 27 ff de hæred inſtit arg. l. 25. ff. de ſolut.* (x) Obſt. *l 8 § 9. ff. de inoff teſtam. l 6 C de inoff. teſtam l. 32. C eod. tit. Nov 1 cap 4 § 1.* (y) Obſt. *l 40 ff. de uſurpat. & uſucap. § 1.* (z) Obſt. *§ 2 Inſt. de hær. qual. & differ. l. 11. ff de lib. & poſth hæred. inſtit.* (a) Obſt. *l 57 pr. Junct. § 1. ff. de acquir. vel omitt. hæred.* (b) Obſt. *l 24 § 4. ff de minor. 25 ann. l. un. C. de reput. quæ fiunt in judic.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

alterum non capiat, *l.* 17 §. *ult. l* 87. *& ſeqq ff. de legat.* 1. *l.* 12. *C. de legat.* (c) impedit tamen, ut hæreditatem amplius adire non poſſit; *l.* 4 *C. de repud. hæred.* niſi hæreditas ei ex diverſis cauſis, veluti ex teſtamento, & ab inteſtato obtingere valeat; in hoc ſiquidem cauſarum concurſu, ſi cum BONA FIDE ex teſtamento ſuccedere repudiaverit, adhuc ab inteſtato adire poteſt: *l* 17 §. 1. *l.* 70. ff. *de acquir. vel omitt. hæred. tot tit. ff ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. ab inteſt. poſſ. hæred.* Si fraudẽ fecerit MALA FIDE teſtamentum contemnendo, relictámq; ex eo titulo hæreditatem repudiando, perinde legata, aliáve teſtamento relicta præſtare cogitur, ac ſi ex teſtamento ſucceſſiſſet, nam Prætor in eum actionem utilem legatorum, fideicommiſſorúmque, & aliorum, perſonalem, rei perſecutoriam, ac perpetuam ad id, ut hujuſmodi legata, aliáque præſtet iis, qui ob omiſſam fraudulenter teſtamenti cauſam circumventi ſunt, prorſus itá rectè dedit, ut & ipſam extendi actionem velit contra ſubſtitutum, ſi adhunc in fraudem legatorum hæreditas delata probetur. *l. 1. C. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. l. 1. pr. & §. 9. l. 4. l. 27. §. ult. & paſſim ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. ab inteſt. hæred. poſſid.*

## XII.

POrrò vix ſequi poteſt, fierive aditio, aut repudiatio hæreditatis, niſi ſciatur delatam eſſe hæreditatem, conditionémque exiſtere, *l. 13. pr. & §. 1. 2. ff. de acquir. vel omitt. hæred* (d) ideò teſtamenti APERTURA PRÆCEDAT, neceſſe eſt, ſecundùm morem & conſuetudinem Regionis illius, in qua teſtamentum aperiendum eſt; *l* 2. *C. de teſtam quemadm. aper. arg. l. 6. ff. de evictìon.* niſi occurrens caſus SCti Silaniani & Claudiani antè quæſtionem de familiâ habitam, ſumptúmque de noxiis ſupplicium aperturam impediat; *l. 1. & paſſim ff. ad SC. Silan. & Claud.* quo quidem fatali caſu exiſtente, non ſolùm contravenienti ùt indigno aufertur hæreditas, fiſcóque addicitur, *l. 5. § pen. ff. ad SC. Silan. & Claud.* ſed & inſuper populari actione prætoriâ ad pœnam 100. aureorum partim Actori, partim Fiſco applicandum tenetur: *l. 25. §. ult ff. ad SC Silan. & Claud.* ferè ſicut hæreditas ad emolumentum Fiſci, cum ſuo tamen onere, aufertur illi, qui vi aut dolo alterum teſtari prohibuit, aut coëgit, *l. 1. pr. l. 2 pr. ff. ſi quis aliq. teſt. prohib. vel coëg.* Si verò APERTURA teſtamenti PRÆCESSERIT, non ſtatim quis attentâ præprimis Prætorii juris indulgentiâ adire hæreditatem cogitur: ſcilicet, quia hujuſmodi aditio ſicut commodis, itá & incommodis ſubjicit hæredem, ideò primitus jure cretionis, deinde deliberandi jure fuit ipſi conſultum, *tit. ff. de jure deliber.* ac cum illo cautum ſatìs non eſſet, inductum tandem fuit beneficium Inventarii, cujus pleniſſimam tribuentis ſecuritatem formam & modum deſumere licet ex lege *ult. C. de jure delib. § 5. & 6. Inſt. de hæred. qualit. & differ.*

De

(c) Obſt. *l* 55 § 3 ff *ad SC. Trebell. l.* 10 § 2. *ff ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. l. ult. § ult. ff de doli mali & met. except.* (d) Obſt. *l* 70 § 1 *ff de acquir. vel omitt. hæred. l* 1. *ff de curat. bonis dando.*

## *De jure Codicillorum, ac legatis, fideicommiſſiſq; in genere.*

### XIII.

PRæter teſtamenta hactenus conſiderata, in quibus ſolis directa fieri poteſt hæredum inſtitutio, ac ſubſtitutio, tam variis circumſcripta ſolennitatibus introductæ ſunt ſpecies quædam aliæ ultimæ voluntatis minus ſolennes. Has inter ſpecies eſt PRIMO Codicillus, actus 5. teſtium cujuſcunque ſexûs ſubſcriptione perfectibilis, *l. ult. in fine* C. *de jure Codicill.* (e) iiliſque tantum, qui & teſtamenti condendi jus habent, *l 6. §. pen. ff. de jure Codicill.* (f) permiſſus, ut ex eo appareat, quod quemadmodum de ſtatu ſuo dubitantes vel errantes teſtamentum facere non poſſunt, *l. 15. ff. qui teſtam. fac. poſs. arg. l. 32. §. ult. l. 34. ff. de acquir. vel omitt. hæred.* ità nec Codicillos; *l. 9. ff. de jure Codicill.* talis autem naturæ actus, ut verbis PRECARIIS ET OBLIQUIS liceat per eum, & totam uſque adeò hæreditatem alicui relinquere titulo veluti univerſali hæredis per fideicommiſſum. *text in §. 2. Inſt. de Codicill.* SECUNDO legatum, quo alicui res particulari titulo VERBIS DIRECTIS relinquitur: quanquã non eſt infrequens ſub nomine legati venire rem ipſam, quæ fuit à defuncto relicta ab hærede præſtanda, §. 1. *Inſt. de legat.* (g) Poteſtque relinqui illis, qui hæredes rectè ſcribuntur, § 24 *Inſt. de legat.* imò & ſubinde illis, qui hæredes eſſe nequeunt v. g. Patribus Franciſcanis & Capucinis: *text. in c. 3. de verb. ſignif. in 6. Clem. exivi. eod. tit.* non verò hæredi ipſi, *l. 23. ff. de acquir. vel amitt. poſs. Junct. §. 10. Inſt. de legat. l. 18. 34 § 11. l. 116 § 1 ff de legat. 1* niſi habeat cohæredem, & in tantum, quatenus alter ab altero capere poteſt, *l. 34. §. 12. ff. de legat. 1. l. 104. §. 5 ff. eod.* (h) nam licet à quolibet, ad quem ex defuncti voluntate aliquid pervenit, etiam hærede ab inteſtato, arg. *l. 8. §. 1. ff. de jure Codicill. l. 1. §. 6 ff de legat. 3.* (i) præſtatio peti valeat, nemo tamen ſibi ipſe rectè ſolvit: nec hæredes ad plus tenentur, quàm quod à defuncto acceperunt, quod enim amplius eſt, inutiliter relictum cenſebitur. *§. 1 Inſt. de ſingul. reb. per fideicommiſſ. relict. l. 70. §. 1. de legat. 2.* (k)

### XIV.

LEgari & utiliter relinqui interea poteſt res quælibet exiſtens in commercio, etiam poſtliminii jure ſubjecta, niſi illud ſit ſpecialiter reprobatum, *l. 9. 98 104. §. 2. ff. de legat. 1.* (l) etiam nomen, ità, ut hæres legatario actionem cedere teneatur, *§. 21 inſt. de legat. l. 10. ff. de liberat. leg. l. 44. § 6. ff. de legat. 1.* uti & liberatio à nomine, *l. 1. pr. & tot. tit. ff. de liberat. leg.* modò aliquod ſubſit debitum, aliàs enim tam hujus, quàm illius legatum foret inutile, tanquam continens rei nuſpiam apparentis

(e) Obſt. *l 8 verſ* at cum humana, C. *qui teſtam. fac. poſs.* § *ult. Inſt. de jure Codicill.* (f) Obſt. *pr. Inſt. de Codicill. l 1 § 1 & § 5. ff de legat. 3. l 12 § 5. ff de capt. & poſtl. l 8 § 3 ff de jure Codicill Junct. § 6 Inſt. quib. mod. teſtam. infirm.* (g) Obſt *l 30 ff de legat. 2. Junct. l. 64 in fine ff de furtis, l 22 ff de legat. 2. l 5 § 2. l 6 ff de legat. 3. Junct. § 3 Inſt. de legat. l. 2. C. comm. de legat.* (h) Obſt. *l 34. § 1. ff de legat. 2. l. 17 & 18 ff. de legat. 1.* (i) Obſt. *l 6 § 1 ff de legat. 3. l. 2. ff. de legat 3. l. 1 § pen. & ult. ff eod.* (k) Obſt. *l. 94 § 2. ff. de legat. 1. l. 70 § 1 ff de legat. 2.* (l) Obſt. *l. 103. ff de verb. oblig.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rentis demonſtrationem, *l. 7. §. 2. l. 13. 25. in med. l. 30. ff. de liberat. leg. l 74. §. 2. in pr. ff. de legat. 1. arg. l. 108. §. 10. ff. eod. tit. de legat. 1.* (*m*) nec ſolùm res teſtatoris propria, ſed etiam aliena, ſecundum diſtinctionem, quæ eſt in *§. 4. inſt. de legat. l. 10. C. eod. Junct. l. 4. C. de edendo, l. 23. C. de probat.* Jure Canonico nullatenus reſiſtente, *arg. Can. 5. X. l. quæſt 5.* (*n*) relinquitur, utì & res teſtatori cum alio communis, ſic tamen, ut in dubio quoad rem communem ſola pars illa, quæ teſtatoris propria eſt, non item pars altera, legatario præſtari debeat, ſivè ſciverit teſtator, ſivè ignoraverit, rem illam cum alio communem eſſe. *l. 5. §. 1. 2. ff. de legat. 1. l. 30 §. 4. ff. de legat. 3.* (*o*) Cæterum res legatarii propria adeò nequit legari ipſi ut ſi purè legata ſit, ne convaleſcat quidem legatum, ubi legatarius eam vivo teſtatore alienaverit *§. 10. Inſt. de legat.* (*p*) ſed inutile permaneat, utì & communiter inutile manet legatum rei commerciis hominum exemptæ, cujus ne æſtimatio quidem debetur, *l. 39. §. 8. 9. 10. ff. de legat. 1.* (*q*) ſivè pura, arg *l. 137. §. 6. ff. de verb. oblig. §. 2. Inſt de inutil. ſtipul. l. 34. §. 2. ff. de contrah. empt* ſivè conditionata, ad quam regula Catoniana ſe non extendit, *l. pen ff. de reg. Caton. l. 41. § 2. ff. de legat. 1.* fuerit diſpoſitio defuncti: Illud ſinè controverſia admittitur, quod agnito demum ritè legato, tres legatario ad illud petendum actiones plerúmque competant, puta, rei vindicatio, perſonalis ex teſtamento ſtricti juris (*r*) & hypothecaria; *§. 2. Inſt. de legat.* quódque hæ actiones non competant tantùm uni ad legatum vocato, ſed etiam pluribus conjunctim vocatis, inter quos poſt ſublatam inter modos legandi differentiam, *§. 2 inſt. de legat. & l 1. C. comm. de legat.* jus accreſcendi, ſivè conjunctione reali, *§ 8. Inſt. de legat. l. un. § 11 C. de caduc. toll. l. 41. ff. de legat. 2.* ſivè mixtâ, *d. §. 8. Inſt. de legat. d. l. un. §. 11. C. de caduc. toll.* (*s*) ſivè verbali tantùm, *l. 89 ff. de legat. 3. l. 16. §. ult. ff. de legat. 1. l. 142. ff. de verb. ſignif.* (*t*) conjuncti ſint, locum invenit.

## *De annuis, aliiſque legatis in ſpecie.*

### X V.

HAbet hoc jus accreſcendi ſuam efficaciam in legato non ſimplici ſolùm, ſed & in annuo, alióque ſimili, ſeu diſſimili. LEGATUM ANNUUM certæ perſonæ relictum quod attinet, illud eſt inſuper quoad hoc ſpeciale quòd hæredes legatarii, ſi hic id ſemel acceptavit, primo ſtatim anno agere poſſint abſolutè ad conſequentiam rei legatæ præſtationem pro iſto anno: non autem in & pro ſequenti anno, niſì ſaltem ſub hujus anni ingreſſu vixerit deceſſerítque legatarius, cum ejus morte finia-

(m) Obſt. l. 25. ff *de liberat. leg. § 4 Inſt. de verb. oblig.* l. 42 ff *de oblig. & act. Junct.* l 27 ff *qui & à quib. manumiſs. lib. non fient.* l. 5 § 2 ff *quand. dies legat.* l. 104 § 1. ff *de legat. 1.* (n) Obſt. *cap 5. ¡¡ de teſtam.* (o) Obſt l. 74 ff *de legat. 3.* l. 66. § 6 ff *de legat. 2. Junct. arg à § 4. Inſt de legat. &* l. 14. §. *ult. ff de legat. 3. de ſumpt.* (p Obſt l. 1 § *ult ff de reg. Caton.* l. 86 § *ult. ff de legat. 1.* l. 71 § *pen ff. eod.* l. 66 § 6 ff *de legat. 2.* (q) Obſt. l. 40. 114 § 5 ff. *de legat. 1.* l. 11 § 16 ff *de legat. 3.* l. 112 ff *de legat. 1.* (r) Obſt. l 34 ff *de uſuris. Junct l 32 § 2 ff eod. tit. tot tit. ff ut legat nom. caveatur, Junct l 41 ff de judiciis,* l. *pen. § 1. 2 ff quib. ex cauſ. in poſs. eatur.* (s) Obſt. l *ult. § 2 ff de legat. 2,* l 88 § 6. ff *de legat. 2.* l 21 ff *ad leg. Falcid.* l 16 pr. l 34 § 9 l 84 § 8 ff. *de legat. 1.* l 74 ff *de condit. & demonſtr* (t) Obſt. l 80 ff. *de legat. 1. Junct.* l 89 ff *de legat. 3,* l 7. ff *de legat. 2,* l *pen. ff de uſufr. accreſ. &* l 3 *pr. ff eod.*

finiatur jus ipſum ad præſtationem; *l. 4. 8. 12 ff de ann. leg. & fideicom.* quod qui-
dem jus, licet reſpiciat multiplicé etiam ſucceſſivè, quamdiu idem legatarius vixerit,
exigendam præſtationem, *d. l. 12. ff. d. tit.* quoad ſubſtantiam tamen reverâ cum non
ſit multiplex, ſed unum, exiſtimo quoque tolli poſſe unicâ præſcriptione in futurum.
arg. *cap 4 1;. 15 de præſcript. cap. 6. ;; & c. 1. eod. in 6. c. 10. de cenſib. l. 1. C. de fideic.*
*l. 7. §. 6. C. de præſcript. 30. ann.* (*u*) Idem in puncto præſcriptiblitatis puto pro-
cedere quoad aliquod annuum legatum, quod non ſolùm certæ perſonæ, ſed & ejus
hæredibus teſtator præſtari voluit: quanquam hoc poſterius legatum legatarii hæ-
redibus & eorum hæredum hæredibus facultatem tribuat exigendi, quod debetur,
proindéque adeò morte legatarii non finiatur, ut ſit potius æternum dicendum, arg.
l 22. *C. de legat.* prout legatum ſimplex Eccleſiæ, Civitati, aut Collegio, *l. 64. §. 9. l.*
*ult. C. de Epiſcop & Cler.* (*vv*) & LEGATUM REDITUS non omnem ablu-
mens rei utilitatem taliter relictum ſempiternum eſſe rectè ſuſtinetur. *l. 6. 20. § 1. l.*
*pen. ff. de ann. leg.* l. 46. §. 9. l. *ult.* C. *de Epiſc. & Cler.* l. 22. *C. de legat.* (*x*) Quidquid
legatum USUSFRUCTUS Collegio relicti tantum duret 100. annis, & alicui da-
tus pro ſe & hæredibus primos hæredes non egrediatur: l *56. ff. de uſufr & quemad.*
l. 14. C *de uſufr. & habit.* nec dies legatæ hujus perſonalis ſervitutis cedat, niſi ab adi-
tâ hæreditate, l. *un. §. 2. ff. quand. dies uſusfr. leg. ced.* dum dies legatæ realis ſervitu-
tis, ſi perſonæ vicina habenti prædia fuit legata, ſtatim à morte teſtatoris arg l. 5. *pr.*
*§. 1. ff quand. dies leg. vel fideicom. l. un. §. 5. C. de caduc. toll.* (*y*) cedit. Præter iſta
legata utilia eſt quoque utile PRÆLEGATUM dotis à marito factum *§. 15. Inſt. de*
*legat. tot tit ff. de dote præleg.* (*z*) uxori, quæ ſubinde, quatenus pinguius, pleniúſq;
eſt legatũ dotis, quàm de dote actio, eatenus fideicommiſſo gravari poſſet. *l. 1. §. 12.*
*& 13. l. 2. pr. & §. 1. ff. de dote præleg. l 78. §. 14. ff. ad SC. Trebell.* (*a*) Nec minus
utile eſt legatum OPTIONIS aut legatum GENERIS. in hocâ priori diſtinctum,
quòd optionis legatarius rem etiam optimam eligere poſſit, adeò, ut ſi callidè decep-
tus ele gerit viliorem, agere valeat de dolo; *l 2 ff. de opt. leg. l 9. §. 1. ff. de dolo,* gene-
ris autem legatarius re mediocri contentus eſſe debeat; § 2. *Inſt. de legat.* utì & con-
tentus eſſe debet, ſi optio in arbitrium tertii non optantis l. *ult.* § 1. *C. comm. de legat.*
collata fuerit (*b*) Differunt autem ab utroque, optionis ſcilicet & generis legato,
LEGATA GENERALIA, relicta voce collectivâ, TRITICI ſcilicet, VINI &
OLEI, quæ ſi relinquantur ſinè quantitate, debetur id omne, quod teſtatoris fuit: *l. 7.*
*ff. de trit. vin. vel ol. legat.* quod & ſuo modo in INSTRUCTO vel INSTRUMEN-
TO LEGATO obtinet, nam cum fundus inſtructus præter fundum omne fundi
inſtrumentum, prætereáque, quæ paterf. in eum, ut inſtructior eſſet, vel uſûs, vel
ornatûs causâ contulit, & eo tempore, quo dies legati cedit, reperiuntur, recenſen-
túrque

(u) Obſt. l. 7 § 4 & *ult. C de præſcript. 30 ann.* l 4 *ff de ann. legat.* l 16 § *un. ff de verb. oblig* l. 10. 11.
22. *pr. & § 1. 3. 4 ff quand. dies leg ced.* (vv) Obſt *l. 56 ff de uſufr. & quemad quis ut.* l 14 *C de uſu-*
*fr. & habit.* (x) Obſt. § 1 *in fine Inſt. de uſufr.* l 32 § 7. l 35 *ff de uſu & uſufr. legat.* (y) Obſt. l. 19
§ 1 *ff quemad. ſervit. amitt* l *ult. ff comm præd tam urb. quàm ruſt* (z) Obſt. § 10 *Inſt. de legat.*
*Junct.* l 3 § 5 *ff de minor. 25 ann.* l 30 *C de jure dot.* (a Obſt l 77 § 12. *ff. de legat.* 2. (b) Obſt. *arg.*
§ 1, *Inſt. de empt. vendit,* l *ult C de contrah. empt.* l, 25. *ff. locati,*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

túrque exemplificationis ſtudio in lege *1. C. de verb. ſignif.* lege 16. §. *ult.* lege 27. §. 16 *& ſeqq.* lege 28. ff *de inſtr. vel inſtrum legat.* præcipuè in lege 12 §. 27. *& mult. ſeqq. eod. tit.* contineat, regulariter ſanè legato fundo inſtructo cuncta iſta debentur legatario unà cum fundo: & ſi fundus cum inſtrumento legatur, debetur fundus ſaltem cum inſtrumentis quæ fructuum quærendorum, cogendorum, conſervandorúmq; cauſa parata ſunt. l 8. *pr. &* § 1 *& ll. ſeqq. ff. de inſtr. vel inſtrum. legat.* (c)ità ſcilicet, ut, quia fundus objectum eſt principale, & inſtrumenta ſunt acceſſoria, alienato fundo cum inſtrumentis, hæc tamen vindicari non poſſint, quia extincto fundi legato, etiam legatum inſtrumentorum fundi conſumitur, ſicut ſi ſervus cum peculio legatus fuerit alienatus aut manumiſſus, peculii quoque legatum extinguitur: §. 17. *Inſt. de legat.* l. 1. §. 1. *ff. de inſtr. vel inſtrum. legat.*

XVI.

UTilia equidem ſunt & legatum PENUS, quando relinquitur, quidquid in cella penuria eſt, ad ſenſum legis *3. pr.* §. *6. 8. & fin. Junct. l. 5. ff. de pen. legat.* SUPELLECTILIS, quando menſæ, ſcamna, lecti, Rhedæ, tapetes, & his ſimilia relinquuntur, ad ſenſum legis *3. pr. leg. 5. pr.* l 7. §. 1. *& 2. ff. de ſupell. legat* ALIMENTORUM vel CIBARIORUM, quando ad ſenſum legis *1. 6 & 21. ff. de alim. vel cib. legat.* relinquuntur ad eſum, cibum, potúmque vel etiam ad veſtimenta & habitationem neceſſaria. Ac denique AURI, ARGENTI, MUNDI. Sed de his & affinibus videri poteſt lex 19 lex 25. lex 27. *& ſeq. ff. de auro &c. legat.* Interea facilè conceditur, hujus & aliûs modi legata adimi poſſe, poſtquam ſemel concepta fuerant, vel etiam transferri. Nimirum legatum extinguitur, ſicut factâ à teſtatore aliquâ ademptione, ità & translatione, *tot. tit. ff. de adim vel transf. legat.* ſeu expreſsâ, dicendo v g quod Titio legavi, non do, non lego: *pr. Inſt. de adim. vel transfer. leg.* ſeu tacitâ v. g. conſultò delendo legatum, *l. 16. ff. de adim. vel transfer. legat. arg. tot. tit. ff. de his, quæ in teſtam. del.* declarando legatarium indignum: *l. 13 29 ff. de adim. vel transf. leg. arg. l. 4. C. de his, quib. ut indign.* alienando rem ipſam legatam alienatione non neceſſariâ, ſed voluntariâ, quia ex ſola hac præſumitur adimendi animus; l. 11. § 12 *ff. de legat. 3. l 18. ff. de adim. vel transfer legat.* § *12. Inſt. de legat. l. 3.* C. *de legat. l. 34.* §. *1. ff. de auro, arg. mund. &c. legat.* uſque adeò, ut licet teſtator rem liberâ voluntate alienatam poſtea redimeret tamen legatum non redintegretur, niſì legatarius novam probaret voluntatem teſtatoris. *l. 15 ff. de adim. vel transfer. legat* (*d*) Porrò in probanda quoad hunc poſteriorem, aliúmve eventum teſtatoris voluntate utique circumſpectâ conſideratione opus eſt: quanquam enim oporteat denique, ceſſante etiam teſtatoris ademptione, aut translatione declarare inutilia eſſe legata illa, quæ relicta ſunt ejuſdem teſtatoris locutione adeò dubiâ, ut hæc nullâ interpretatione explicari poſſit, *l. 30* ff. *de teſtam. tut. l. 34.* ff *ad SC Trebell l. 10.* ff *de verb. dub.* non citius tamen, quàm omni non ſolùm legali, ſed aliâ inſuper ſivè ex more regionis & teſtatoris, ſivè ex antecedentibus, & ſubſequentibus teſtamenti verbis ſumptâ, & incaſſum tentatâ explicatione, ad id declarandum procedi

(c) Obſ. *l. 1 & 5. ff de inſtr. vel inſtrum. legat.* (d) Obſ l. 3 § *ult. &* l. 4. ff. *de adim. vel transfer. legat,* l. 9 § *16.* l. 10 ff *de hæred. inſtit.* l. 27 ff *de adim, vel transfer, legat.* l. 79 § *ult.* ff *de legat. 3.*

cedi permittitur. arg. *l. 10. §. ult. in fin l. 12. §. 21. 24. ff. de verb. dub. Junct. l. 19. ff. de legib. l. 24. C. de teſtam.* Multò utique facilius datur, ea legata quæ pro non ſcriptis habentur, veluti ſervo pœnæ, aliiſque teſtamenti factionem paſſivam non habentibus, palam relicta extra cauſam alimentorum, *l. 3. pr. & §. 1. ff. de his, quæ pro non ſcript. arg. l. 11. ff. de alim. vel cib. legat. Junct. l. 13. §. 2. ff. de teſtam. milit.* inutilia eſſe, uti & PRIMO ea, quæ quis ſibi aut ſuis in alieno adſcripſit teſtamento, plerúmque ceſſura vel hæredi vel ſubſtituto: *l. 1. & ult. ff. de his, quæ pro non ſcript. l. 15. pr. & §§. ſeqq. ff. ad leg. Cornel. de Falſ. l. 4. 5. 6. & tot. tit. C. de his, qui ſibi adſcrib. in teſtam.* & SECUNDO ea, quæ legatariis ùt indignis auferuntur, fiſcóque cedere ſolent, uti cum ſuo onere, *l. 12. 26. § ult. ff. de his, quæ ùt indig.* l. 5. ff. *de his, quæ in teſtam. del.* l. 59. § 1. *ff. ad leg. Falcid.* l. *un.* §. 12 C. *de caduc. toll.* l. 27 *ff. de excuſat. tut.* ità cum fructibus & acceſſionibus ſuis l. 17. 18. *ff. de his, quæ ùt indig.* l. 1. *C. eod.* l. 17. §. 2. *ff. de uſur.* (*e*) ſaltem uſque ad illam duntaxat portionem, circa quam iſti peccârunt, prout id colligere licet ex lege 5. § 14. 17 & 18. *ff. de his, quæ ùt indig.* lege 12. *in fine.* l. 18 § *ult. ff. eod.* l. 43. § 3. *ff de vulg. & pup. ſubſt.* (*f*) De cætero, cum non omnia legata, quæ ab initio & poſtea utiliter relinquuntur, ſint purè oblata: ſed habeant adjectam conditionem, cauſam aut demonſtrationem perſæpè, legatariis adhuc in tantum legiſlatores conſultum voluêre, ut ſi quidem CONDITIO in non faciendo conſiſtat, relicta ſtatim peti poſſint, quamprimùm cautio mutiana l. 7 18. 67. 72. 79 §. 3 *ff. de condit. & demonſtr. Nov 22. cap. 43 & 44* iis, ad quos deficiente conditione relicta pervenire aut redire debent, *l. 7. pr & §* 1. l. 18 *67.* ff. *de condit. & demonſtr* (*g*) fuerit præſtita: ſi CAUSA § 31. *inſt. de legat.* aut peculiaris rei vel perſonæ deſcriptio ſeu deſignatio, hoc eſt, DEMONSTRATIO adjecta falſa ſit, non eò minùs relicta debeantur. *l. 48. §. ult. ff. de hæred. inſtit.* l. 17 § 1. l. 34. *ff de condit. & demonſtr.* excepto caſu, quo erronea demonſtratio contigiſſet circa ſanguinis vinculum, relinquendo filiis ùt filiis, ſi tales non ſint; l. 5 C *de teſtam.* l. 4. 7 *C. de hæred. inſtit.* l. 46 *pr. ff. de jure Fiſci.* l. 9 *pr. ff de hæred. inſtit.* (*h*) nec enim tunc debentur legata: uti nec debentur in caſu, quo cauſa falſa talis eſt, ut ſi teſtator ſciviſſet, non legâſſet. l 7 § 6. *d. t. ff. de condit. & demonſtr.*

## *De beneficio Legis Falcidiæ, & Senatus-Conſulti Trebelliani quoad legata ac fideicommiſſa.*

### XVII.

CAſus hic altérque exceptus principia communia ſupponit ad legata OMNINO tollenda: Jus particulare contra legem XII. Tabb. quâ liberrima erat conceſſa legandi facultas, induxit ad legata DIMINUENDA lex Falcidia temporibus Augusti

(c) Obſt. l. *un* § 12 C *de caduc. toll Junct.* l. 5 § 2 ff *de his, quæ ùt indign.* l. *pen* C *de legat.* l. 2 § *ult.* ff. *ad SC Tertull. auth.* hoc amplius, C *de fideicommiſs.* (f) Obſt l. 20 § *ult.* l. 30. ff. *de donat.* l. 2 § *ult.* ff *de his, quæ ùt indign.* l. 13 § 1 ff *ad SC. Silan.* (g) Obſt l. 7 § 1 ff *de condit. & demonſtr.* l. 20 ff. *de condit. inſtit.* (h) Obſt l. 5. C *de hæred. inſtit.* l. 33 ff. *de condit. & demonſtr.* l. 58. §. 1. ff. *de hæred. inſtit.*

guſti lata, vetans, ne cui ultra dodrantem bonorum legare liceat, voléntque, ut ſivè inſtitutus ſit hæres unus, ſivè multiplex, apud eum, eóſve pars quarta remaneat: *pr. Inſtit. de lege Falcid.* Habet lex iſta locum in legatis, etiam per extenſionem ab inteſtato relictis *l. 10. C. ad leg. Falcid. & mort. cauſ. donat. l. 5. C. d. t ad leg. falcid. l. 2. C. de donat. mort. cauſ.* non tamen locum invenit in fideicommiſſis particularibus ſaltem quoad originem: *§ 5 Inſt. de fideicommiſſ. hæred.* (*i*) & quia hæredis causâ lata dicitur in lege *71. ff. ad leg. Falcid.* legatariis & fideicommiſſariis non ſuccurrit. *l. 47 §. 1. ff. ad leg. falcid. l. 63 §. 11 ff. ad SC. Trebell.* (*k*) Sicut neque favet hæredi, ſi vel deductio quartæ partis per teſtatorem expreſsè ſit prohibita, *Nov. 1. cap. 2 §. 2. verſ. ſi verò* (*l*) vel hæres ſciens, vel per ignorantiam juris etiam quibuſdam tantùm legatariis integra legata ſolverit; arg. *Nov. 1. cap 3.* (*m*) vel legata ad pias cauſas ſint relicta. *l. 49. C. de Epiſcop. & Cler auth. ſimiliter C. ad leg. falcid.* (*n*) Porrò quemadmodum ſi fata lex falcidia certum hæredi jus tribuat ad quartam detrahendam, hæc quarta non ab una re, ſed à legatis ſingulis pro rata eſt deducenda, *l. 2. C. ad leg falcid. l. 49. Junct. l. 73 §. ult. ff eod.* (*o*) ità ſi dubium ſit, an legi illi ſit locus, hæres quidem rem legatam extradere tenetur, veruntamen cavendum hæredi à legatario, de reſtituendo, quod amplius, quàm per legem falcidiam licuerit, relictum apparuerit, *l. 1 pr. & §. 7 9 10. & paſſim ff. ſi cui plus, quàm per leg. falcid. l. 31. ff. ad leg. falcid.* & quidem datis fidejuſſoribus, adeò ut, ſi legatarius vir illuſtris, aut immobilium poſſeſſor foret, juratoriâ cautione defungi poſſet; *l 1. pr. l. 3 § 1. & 5 ff ſi cui plus, quàm per leg. falcid. Junct. l. 1. §. 1. ff. ut legat. ſeu fideicom. ſerv. cauſ.* (*p*) Nec in præjudicium hæredis teſtator eam ſatisdandi neceſſitatem remittere valeat. arg. *l. 1. C. de uſufr. l. pen. ut in poſſ. legat.* (*q*)

## XVIII.

BEneficio legis falcidiæ non prorſus diſſimile eſt beneficium etiam temporibus Auguſti introductum partim Pegaſiano, partim & præcipuè Senatus Conſulto Trebelliano, utì apparet ex *§. 1. & ſeqq. Inſt. de fideicom. hæred & SC. Trebell* quo quidem Senatus Conſulto poſteriore licet hæredi gravato non ſolùm ex FIDEICOMMISSIS PARTICULARIBUS quartam deducere, ùt vocant Trebellianicam. *tot. tit. inſt de fideicom. hæred. & ff. ad SC. Trebell* ſed etiam ex FIDEICOMMISSO UNIVERSALI, adeò quidem, ut filio hæredi ſuo reſtitutione fideicommiſſi gravato duplicis quartæ, legitimæ ſcilicet & Trebellianicæ detractio non ſit deneganda attento jure Canonico, *cap. Raynutius 16. & cap. Raynuldus 18. X de teſtam.* & Civili, *arg. l. 3. §. 2. ff. ad SC. Trebell. l. 62. pr. ff. eod Junct. text. l. 14 in pr. ff. ad leg. falcid. & Nov. 39. cap. 1. pr. arg l 5. ad SC. Trebell. Junct text. leg 8 §. 15. ff. de inoff. teſtam. & l. 36. §. 2. C. de inoff. teſt. arg. l. 22. § 2. ff. ad SC. Treb. Junct. text. Nov. 108. in præ-*



(i) Obſt. l. 2 C *ad leg. falcid.* l. 12 C *eod. & l. 18. ff eod. tit. ad leg falcid. § 2 Inſt. de legat. § 4. Inſt. de fideicommiſſ. hæred Nov. 1. cap. 1.* (k) Obſt. l. 1 *§ 13 ff ſi cui plus quàm per leg. falcid. lic.* l 32 *§ 4. ff. eod.* (l) Obſt. *l. 15 § 1. l. 27 ff. ad leg. falcid. l. 21. C. eod.* (m) Obſt. *l. 15 § 2 ff. ad leg. falcid. l 6 § ult. ff. eod.* (n) Obſt. *l. 1 § 5 ff ad leg. falcid. Nov. 131. cap. 12.* (o Obſt. *l. 16. ff ad leg. falcid.* (p Obſt. *l 3. § 5. ff ſi cui plus, quàm per leg. falcid.* l. 3 *§ 4. l. 6 & l. 7. ff eod. tit ſi cui plus.* (q) Obſt. *l. 2. & l. pen. C. ut in poſſ. legat.*

*tat.* (r) Eſt verò reſtitutæ ex SC. Trebelliano hæreditatis effectus quidem certus iſte, ut onera hæreditaria teneant pro rata fideicommiſſarium ſimul & fiduciarium *l. 1. 16. §. 3 ff. ad SC. Trebell. l 1. 2. C. eod. § 2. inſt. de fideicom. hæred.* hæredem quia tamen legitima abſque onere debetur, *l. quoniam C. de inoff. teſtam* non niſì ad onera Trebellianicæ proportionata talis filius obligari poteſt (s) Notorium aliàs eſt ex præmiſſis, qualiter non omnium legatorum & fideicommiſſorum dies pariformiter cedat aut veniat, ſcilicet ſi PURA ſint, & talia, quæ ad hæredes tranſeunt, ſtatim quidem à morte teſtatoris dies eorum cedit, *l 5. pr. & §. 1. ff. quand. dies legat.* non autem venit, niſì aditâ hæreditate; *l. 7. ff. quand. dies legat. l. 32. ff. de legat. 2.* (t) ſi conditionalia, horum dies non niſì exiſtente conditione cedit, ſic, ut, medio tempore legatario decedente, legatum ad hæredes non tranſmittatur, *l. 5 § 2. ff. quando dies legat. l. 104 § 1. ff. de legat. 1.* licet ſub duabus contrariis conditionibus relictum ſit; *l. 13 ff. quand. dies legat. arg. l. 27. ff. de legat. 2.* (u) cúmque eodem medio tempore, quo legatarius ſuperſtes permaneret, periculum ſuboriri valeat, ne ex facto hæredis pereat ſpes conſequendi à defuncto relicti legati, hujus ſervandi causâ ab hærede præſtanda eſt legatario *l. 1. pr. & §. 2. ut legat. vel fideicom. ſerv. cauſ. cav. Junct. l. 5. §. 2. l. 6 ff. eod.* ſatiſdatio, quam ſi contumaciter detrectet hæres, Prætor legatarium in poſſeſſionem omnium rerum hæreditariarum, utcunque minima tantum res legata, vel per fideicommiſſum relicta ſit, l. 1. §. 1. *l. 5 §. 5. l. 13 ff. ut in poſſ. legat. vel fideicom. ſerv. cauſ. eſſe liceat.* (vv) immittere, & olim potuit, & modo poteſt.

## *De bonorum poſſeſſionibus juxta, aut contra tabulas teſtamentarias: & collationibus bonorum.*

### XIX.

ET quidem prætoris, ſicut in puncto præexplicato laudanda induſtria, ità, imò magìs commendanda ſagacitas eſt, quòd, cum anguſtiſſimis finibus conſtitutum eſſet per leg. XII. Tab jus percipiendarum hæreditatum, *§ 2. inſt. de bon. poſſ.* ipſe ſubinde adjuvandi, ſubinde ſupplendi, ſubinde corrigendi juris Civilis gratiâ bonorum poſſeſſionem *pr. inſt & § 1. de bon. poſſ.* Parentibus & liberis, ſi intra annũ, exteris verò, ſi intra 100. dies, *§. 6 inſt. de bon. poſſ.* (quod tamen tempus furioſo, infanti, muto, ſurdo ignorantibus non currit, licet, in quorum poteſtate ſunt, ſciant delatam eſſe bonorum poſſeſſionem, *l. 1. ff. de bon. poſſ. furioſ. inf. mut. &c. l 3. ff. quis ordr. in poſſ.*) diligenter petiiſſent, favorabiliter propoſuerit, addixerit, conceſſeritque. Erat POSSESSIO illa BONORUM jus perſequendi retinendíve Patrimonii ſivè rei, quæ cujúſque, cum moreretur, fuit *l. 3. § 2 ff. de bon. poſſ.* Fiebátque vel ſinè cauſæ cognitione, & vocabatur EDICTALIS; vel cum cauſæ cognitione, & dicebatur

(r) Obſt. *l. 6. C. ad SC. Trebell,* l. 10. C *ad leg. falcid. l. 24.* C *fam. Erciſ.* l. 8 § 8 & 15. *ff. de inoff. teſtam. l. 41 § 3. ff de vulg. & pup. ſubſtit.* (s) Obſt § 2. *Inſt. de fideicommiſſ. hæred.* l. 1. 2 C & l. 1 ad 16 § 3. *ff. ad SC. Trebell.* (t) Obſt l. *un.* § 6 C *de caduc. tollend.* l. 2 *ff quand. dies legat. tot tit. ff quand. dies uſufr. legati cedat.* (u) Obſt. § 4 *Inſt. de verb. oblig.* § 21 *Inſt. de inutil. ſtipulat,* l. 71 § 1. *ff. ad leg. falcid,* l. 5 § 1 *ff de peric. & commod. rei vend.* (vv) Obſt. *Nov. 53. cap. 4. § 1.*

batur DECRETALIS; hujus poſterioris generis eſt adhuc ea, quæ VENTRI datur *tit. ff. de ventre in poſs. mitt.* & CARBONIANA impuberibus, quibus controverſia ſtatûs movetur, an liberi ſint, dilatâ in tempus pubertatis ſtatûs quæſtione, *l. 1. pr. ff. de Carbon. edict. l. 1. 2. C. eod* competens, ſi citra calumniam petita fuit: non autem, ſi per calumniam petita in caſu v. g., quo jam contra matrem impuberis judicatum fuit, eam uxorem non fuiſſe, aut partum ab ea fuiſſe ſuppoſitam. *l. 1. §. ult. ff. de Carbon. edict.* (x) Cum verò prætoria eadem BONORUM POSSESSIO, indéque fluens ſucceſſio in Patrimonium, rémve defuncti ſæpè teſtamentum ſupponat: accidit, ut vel ſecundum, vel contra Tabulas teſtamenti concedatur. SECUNDUM Tabulas quidem in caſibus relatis in lege 12. *pr. ff. de injuſt. rupt. irrit. teſtam.* lege 2. *pr. ff. de bon. poſs.* lege 17. *cit. tit. ff. de injuſt. rupt.* quando teſtamenta de juris Civilis rigore nulla ex æquitate prætoriâ ſuſtinentur, modò teſtamentariæ tabulæ ſolennes ſaltem adhuc tempore mortis teſtatoris *l. 1. §. 1. & l. fin. ff. de bon. poſs. ſecund. Tab.* extiterint, in iiſque nomen & inſtitutio petentis legi potuerint, licet perierint poſtea *l. un. ff. ſi tab. teſtam. extab.* (y) CONTRA TABULAS autem in caſibus relatis in lege 4. *verſ.* Sancimus, *C. de liber. præter.* in lege 1. *& 3. ff ſi quis à Parente,* & in §. 3. *Inſt. de exhered. liber.* quando liberi, parentêſve in teſtamentis prætereuntur; quanquam in his poſtremis caſibus æquitas expoſcat, ut qui v. g. judicia Patris reſcindunt per contra Tabulas bonorum poſſeſſionem, ex judicio ejus quibuſdam perſonis, uxoris, puta, aut nurui dotis nomine legatum præſtare teneantur. *l. 1. pr. & §. 1. ff. de legat. præſt. contra tab. bon. poſs. pet.*

XX.

ILlud nihilominus ſemper cautum, ne, uti videre eſt ex lege 1. *pr. §. 3 & 5. ff. de collat.* conceſsâ aliis bonorum poſſeſſione, aliorum conditio fieret nimis deterior; hinc ne emancipatus quidem cum nepotibus ex ſe genitis, & in Avi poteſtate retentis aliter conjungitur, quàm collatis iis, quæ vulgo *l. 1. §. 14. & ſeqq. ff. de conjung. cum emancip. liber.* conferri debent, uti conferri debent multa, ſed non alia, quàm profecta ab eo, de cujus ſucceſſione agitur; inter quæ præprimis venit dos profectitia; & donatio propter nuptias, *l. 19. & pen. C. de Collat. Junct. l. ult. C. eod. l. 1. pr. & paſſim ff. de dot. collat.* neutiquam donatio ſimplex, niſi donans eam legem donationi ſuæ dixerit, vel quibuſdam dotes aut donationes propter nuptias, aliis verò tantum donationes ſimplices datæ fuerint, *l. 18. C. Fam. Erciſc. l. 2. C. de inoff. donat.* (z) uti nec erogata in acquiſitionem muneris, aut dignitatis perſonalis. *l. 1. §. 16. ff. de collat. l. 20. §. 6. l. 39. §. 3 ff. fam. Erciſc. l. 3. §. ult. ff. de mun. & honor.* (a)

## *De Jure Patronatûs tùm Civili, tùm Eccleſiaſtico.*

XXI.

POſſet hoc equidem loco opportuna fieri mentio, qualiter ſucceſſionem Parenti-

bus

(x) Obſt. *l. 1. C de Carbon. edict. l. 1 ff de ventre in poſs. mitt. larg. l. 63. ff. de re judicata.* (y) Obſt. *l. 1 C de bon. poſs. contra Tab. liberti. l. ult. C de bon poſs. ſecund tab.* (z) Obſt. *l. 13 C de collat. l. 17. & l. pen. in pr. C eod.* (a) Obſt. *l. 30. § 2 C de inoff. teſtam. l pen. pr. C. de collat.*

bus conceſſam ità explicaverit Prætor, ut & commemoret de obſequiis à filio exhibendis. *tot tit. ff. de obſeq. parent. præſt.* Qualiter etiam non ſolùm de hujuſmodi obſequiis, ſed etiam de operis, ad quas liberi utpote ingenui non tenentur, *l. pen. ff de obſeq. parent. & patron.* exhibendis Patrono providerit. Sed cum conſtet, honori parentum, ac patronorum illud quoque delatum inter alia eſſe, ne qua famoſa actio aut exceptio in illos detur, *l. 2 §. 6. 7. cit. tit. ff. de obſeq. parent. & patron.* nunc in ſpecie de patronorum jure, quia de parentibus redibit ſermo, ſufficit cogitâſſe, olim ex manumiſſione ſervorum JUS quoddam PATRONATUS CIVILE *tot. tit. ff. de jure patr.* patronis fuiſſe in perſonis, ac bonis libertorum acquiſitum: ex quo & illud emolumentum habuêre, ut ipſi, ſi quid in fraudem eorum, ne legitimam portionem haberent integram, alienâſſent liberti teſtati, revocare poſſent actione Favianâ; actione autem Calviſianâ, ſi inteſtati illi alienâſſent quid *l. 3. §. 3. ff. ſi quid in fraud. patr. fact. ſit. l. 2. C. eod.* Quæ utraque actio perſonalis, rei perſecutoria, ac perpetua erat, non hæreditaria ſeu ex bonis liberti, ſed propria patroni, *l. 1 §. 26. l. 3 § 1. ff. ſi quid in fraud. patr. fact. ſit.* licet hæredibus patroni, & in hæredes liberti data fuiſſet.

## X X I I.

AB abolito iſto jure Patronatûs, cujus vix multa veſtigia hodie ſuperſunt, longè diſtat JUS PATRONATUS ECCLESIASTICUM, quod in ſacris Canonibus pertractatur, vel ad Eccleſiarum defenſionem tendens, vel ad earum idoneo miniſtro ornanderum cauſam pertinens. Jus Patronatûs enim, quod tendit AD ECCLESIARUM DEFENSIONEM, & aliàs jus Advocatiæ *cap. 16. ꝟ de jure Patronat.* vel jus advocationis *cap. 23. ꝟ eod. tit.* appellatur, importat jus protectionis, plerúmque à juriſdictione *arg. text. in cap. 8. & 18. ꝟ de privileg. & cap. 7. ꝟ de ſtat. Monach.* ſeparatum, vi cujus Imperator, Rex, Princeps, Dux, Comes, aliúſve Eccleſiarum Cathedralium præſertim, & inſignium, res Sacras, juráque temporalia contra hæreticorum, aliorúmque nefariorum hominum invaſiones, moleſtias, ac direptiones & ſpolia armatâ ſæpe etiam multitudine propugnant: *text. in Can. ab Imperatoribus XXIII. q. 3. Can. Salvator. 1. q. 3. cap. Generali. ꝟ de Elect. cap. in quibuſdam. ꝟ de pœnis.* circa quod; ſivè advocatia fuerit nativa, utpote orta ex Eccleſiàrum fundationibus: ſivè dàtiva, utpote ad preces inferiorum à ſuperioribus accepta: ſivè pactitia, utpote pacto ſpeciali inducta, magnos ſubinde abuſus præter ejus naturam irrepſiſſe, ſat patenter inſinuat Pontifex in *cit. cap. 27. ꝟ de jure patronat.* Jus Patronatûs autem pertinens AD ECCLESIARUM MINISTERIUM PROCURANDUM nil eſt aliud, quàm jus Clericum idoneum Epiſcopo, cui *cap. 3. ꝟ de inſtit. cap. 12. ꝟ de hæret.* utì & Capitulo Sede Vacante *cap. 11. & 14. ꝟ de major. & obed.* & Vicario Generali *arg. cit. cap. 3. ꝟ de inſtit. & cap. fin. de off. Vicar. in 6.* (*b*) ORDINARIE competit poteſtas inſtituendi, vel alteri, cui ſimilis poteſtas EXTRAORDINARIE de conſenſu Epiſcopi *Trid. Seſs. 14. cap. 12.* conceſſa eſt, præſentandi ad eum effectum, ut, ſi de idoneitate conſtet, ipſi beneficium vacans conferatur, datâ inſuper, ſi beneficium curatum ſit, authoritate regendi animas, qua-

lem

(b) Obſ. text. cap. 12. fin. de hæret. cap. fin. de off. Vicar. in 6. Junct. tit. [illegible] cap. un. ut benef. eccleſ. ſine diminut.

lem quidem authoritatem citra conſenſum Epiſcopi expreſſum alius nemo, ne quidem præſcriptione, aut conſuetudine mediante dare poteſt. *cap. 4 de off. Archidiacon. Trid. Seſs. 7. cap. 13. de Reform.* Celebris valdè inter alias diviſiones eſt hujus juris patronatûs diviſio in jus patronatû, Eccleſiaſticum in ſpecie ſic dictum, & in jus Laicale, & in mixtum ex utroque, explicata in *cap. 18 de jure patronat. cap. un. eod. in 6. Trid. Seſs. 24. de reform. cap. 18.* Modus autem juris illius ACQUIRENDI Originarius eſt vel fundi ſuppeditatio, vel in fundo ſuppeditato exſtructio: vel in conſtructa Eccleſia conſtitutio dotis ſpiritualis. *Can. 26 27 32. XVI. q. 7. Can. 4. XVIII. q. 2. cap. 25. ☧ de jure patronat.* Ejuſdem autem ſemel acquiſiti in alterum TRANSFERENDI modus ſecundarius varius occurrit; talis enim eſt imprimis præſcriptio, quam etiam Laici (c) perficere poſſunt. arg. *cap. 1 2 3. ☧ de jure patronat. cit. Can. 32. XVI. q. 7. Trid. Seſs. 5. cap. 9. de reform. cap. 24. ☧ de Elect.* Talis deinde eſt donatio, *cap. 8. ☧ de jure patronat cap. un. eod. in 6* etiam in quantum eo nomine legatum *arg. pr. Inſt. de legat.* ſignificatur intelligenda: quæ quidem citra ſpecialem Epiſcopi conſenſum procedere poteſt, ſi jus hoc donetur Eccleſiæ pióve loco. *cit cap. un in 6.* vel alteri alicui com-Patrono arg. *Clem. 2. eod. tit. de jure patronat.* Talis denique, ut alia taceam, modus eſt ſucceſſio hæreditaria *Can. 35. XVI. q. 2 cap. 1. 3. 7. & ſeq. cit. tit. de jure patronat.* circa quam illud notabile eſt, quod ſi ad hæredes transferat Jus Patronatus, id in ſingulos quoad ſubſtantiam transeat in ſolidum, licet ipſi ratione exercitii loco, temporéve opportuno perpetrandi quandam inter ſe diviſionem facere valeant, *cit. Clem. 2. verſ. ut facilius.* neque puto diſtinguendum eſſe: an SUCCESSIO ſi TESTATA ſit, ſit directa, an fideicommiſſaria: nam & jus Patronatûs, niſi forſan teſtator erga hæredem fiduciarium affectum eatenus conſiderabilem manifeſtâſſet, aut hic hæres loco partis Trebellianicæ ſibi debitæ fundum, cui annexum foret jus iſtius generis, ſibi retinuiſſet, reſtitutâ hæreditate tranſit in hæredem fideicommiſſarium. arg. *l. 1. & ſeq. ff. ad SC. Trebell. & cit. Clem. 2.* (d) neque an uſque adeò ſucceſſio ſit INTESTATA?

## *De ſucceſſionibus ab inteſtato in bonis Eccleſiaſticis, & Sæcularibus, tum allodialibus, tum feudalibus.*

### XXIII.

POrrò ſucceſſionem inteſtatam, ſi non ſic ſpecificè, ſed & genericè attendere lubet; habuit ea attento antiquo JURE PRÆTORIO locum deficientibus tabulis, ex quibus bonorum poſſeſſio ſecundum Tabulas peti poſſet, *l. 1 § 1. & ſeqq. & §. 8. ff. ſi tab. teſt. nullæ extab.* ſecundum quatuor ſpecies, puta, *unde liberi, unde legitimi, unde cognati, unde vir & uxor,* magis receptas; aliis quatuor ſpeciebus, ſcilicet, *unde 10 perſonæ, tanquam ex familia, unde Patroni patronave, & unde cognati extranei manumiſſoris,* jam pridem jure medio ſublatis *§. 3. & 4. Inſt. de bon. poſs.* Noviore JURE CIVILI normam ab inteſtato ſuccedendi introducturus Juſtinianus *in Nov. 118.* CAPITE PRIMO primam, ac potiorem in ſucceſſione poni

(c) Obſt. *arg. Capituli* Meſſana *de Elect.* *Can.* Laicis. *Can.* per Laicos XVI. *q. 7. & ferè per tot. Junct. cap. 3. de jud. cap.* de jure vero ☧ *de* jure Patronat. & *cap.* cauſam *de præſcript.* (d) Obſt. *arg. leg. 42. § 1. ff. ad SC. Trebell. & leg. 58. pr. ff. eod.*

ni voluit cauſam deſcendentium, qui ſi primi gradûs ſint, in capita, remotiores verò in ſtirpes jure repræſentationis in infinitum § ult. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defer. Nov. 118. cap. 1 poſt med. ſuccedunt, nullâ inter poſtremos factâ differentiâ, nati ſint, an naſcituri, an etiam prius poſt obitum concepti (e) modò ſint legitimi, ac naturales ſimul ab initio, aut ſaltem per ſubſequens matrimonium legitimati; § 2. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defer. ità quidem, ut & hic ſi unus liberorum deſcendentium ſolus fuerit, iſque aut ab hæreditate, abſtineat, aut eã repudiet ſucceſſorio edicto tam de linea ad lineam, quàm de gradu ad gradum locus eſſe poſſit. l. 6 C. de legit. hær. & l. 1. C. de ſucceſſ. edicti. (f) Iſta quidem doctrina inter maſculos, fœminâſque non diſtinguens potiſſimum procedit reſpectu bonorum allodialium: aſt reſpectu bonorum feudalium, in quibus multa ſingularia conſtituta ſunt, non facile obtinet, niſi PRIMO hæredes ſint maſculi, tit. 1. § 3 tit. 8. fin. tit 13. feud. 1. tit 11 & 36. feud. 2. plerúmque enim à ſucceſſione feudali fœminæ & ex iis deſcendentes arcentur. cit. §. tit. 11. feud. 2 ità etiam, ut ſi feudum eſſet hæreditarium, maſculi, quamdiu iſti ſuperſunt, excludant fœminas; maſculis illis extinctis demum in tali hæreditario feudo, à quo excluſæ fuerant vel ideò ſucceſſuras, quia in tali feudo ſemel excluſæ, non manent perpetuò excluſæ arg tit. 8 §. 2. feud. 1. tit. 17. feud. 2. Junct. l. 2. pr. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. & tit. 18 feud. 2. (g) SECUNDO filii ſint naturales veri: nam adoptivi non admittuntur, text. in tit. 26. §. 4. verſ. adoptivi: & verſ. naturales. feud. 2. & TERTIO regulariter filii ſint Laici. tit. 21. & cit. tit. 26. §. qui Clericos, feud. 2.

## XXIV.

LAudatus Juſtinianus reſpectu bonorum allodialium cit. Nov. CAPITE SECUNDO voluit aſcendentes ſolos proximiorès vocari in locum deficientium liberorum, & his non exiſtentibus Patre v. g. & Matre ſecundum gradûs prærogativam remotiores ut ſi eodem gradu plures ſint, ex æquo inter eos divideretur hæreditas. non in capita, ſed in lineas; ut medietatem quidem omnes à Patre aſcendentes, quantoſcúnque eos inveniri contigerit, Nov. 118 cap. 2. accipiant, non verò ut paterna paternæ, materna maternæ lineæ cedant. (h) Si verò cum aſcendentibus inveniantur fratres, aut ſorores ex utríſque Parentibus conjuncti defuncto, cum proximis gradu aſcendentibus, Patre ſcilicet aut Matre, vocarentur, dividendæ inter eos hæreditatis ſecundum perſonarum numerum ſinguli æqualem habituri portionem. d. Nov. 118. cap 2. (i) Aſt in ſucceſſione feudalium bonorum regulariter aſcendentes nullatenus admittuntur, tit. 18. Junct. tit. 50. feud. 2. niſì fortè in caſu relato in tit. 82. feud. 2. alióve ſimili, Tandem deficientibus univerſim deſ- & aſcendentibus

(e) Obſt. l. 1 § 8. l. 6. 7. 8. ff de ſuis & legit. hæred. § 8. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defer. arg l. 6. pr. & § 1 ff de injuſt. rupt. & irrit. fact. teſtam. f) Obſt. § 7. Inſt de legit. agnat. ſucceſſ. l. 1 § 1 ff de ſuis & legit. hæred. l. 9 § 2. ff de liber. & poſth. hæred. Inſt. l. 34 C de inoff. teſtam. cap. pen. & ult. ¨ qui filii ſint legit. Junct. § pen. Inſt. de nupt. l ult. in fin. ff de rit. nupt l. 17 § 1. ff eod. tit. cap. 6. ¨ qui fil. ſint legit cap 3. verſ ſi quis verò ¨ de cland. deſponſ. (g) Obſt text. in tit. 6 § 1. feud 1 & in eod. tit. ibi: & his omnibus caſibus, & arg. l. 23 § fin. ff de inoff. teſtam. h) Obſt arg. ex lege 13 C de legit. hæred. l. 3 C de bonis quæ liber. deſumpt. (i) Obſt. Nov. 118. cap. 2. Junct. l. 92 ff de verb. ſignif. l. 44. ff de vulg. & pup. ſubſt. l. 2 § 2. ff. de ſuis & legit. hæred. l. 1. § 1 ff. unde cognati.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bus in bona allodialia collaterales ex TERTIO CAPITE *cit. Nov.* 118. ſuccedunt, & hos inter primo loco admittuntur fratres & ſorores Germani germanæque, ac cum his aliorum Germanorum filii filiæque jure repræſentationis *d. Nov.* 118. *cap.* 3. *Nov.* 127 *cap.* 1 non item nepotes neptéſve; *d. Nov. 118. cap. 3. in med.* id quod reſpectu bonorum feudalium , non aliter tamen obſervatur, quàm ſi adſint Germani maſculi aut ſaltem conſanguinei *cit. tit.* 11. *feud. 2. Junct. §. his verò ibidem.* Cæterum verius eſt ſi nulli fratres Germani ſint, ſed ſoli fratrum Germanorum filii, hos patruo defuncto in capita, & non in ſtirpes ſuccedere; arg. *l. 2. §. 2. ff. de ſuis & legit. hered. l. 1. §. ult. ff. ſi pars hered. pet. arg. l 3 ult. § 2. & 3. C. de legit. hered. Junct. Nov.* 118. *cap.* 3 uti & deficientibus Germanis , germanorumque filiis conſanguineos & uterinos promiſcuè, ſublatâ inter agnatos & cognatos hac in parte differentiâ, *d. Nov.* 118 *cap.* 3 & demum cæteros à latere cognatos ſecundum cujuſque gradûs prærogativam in capita, *d. Nov.* 118. *cap.* 3 §. 1. ac tandem Conjuges, *l. un. ff. unde vir. & uxor. l. un. C. eod.* tum corpora quædam licita, quorum defunctus membrum fuit, *tot. tit. C. de hered. decur. Navicul. cohort. milit. & fabric.* ac poſtremo fiſcum bona tanquam vacantia poſſe occupare *l. 1. & 4. C. de bon. vacant.* bona ſcilicet allodialia ſæcularia: vix enim ſucceſſioni conjugum *tit. 13 feud. 2. & tit.* 15. *eod. libr.* multò minùs autem Fiſco ad ſuccedendum in bonis feudalibus locus datus fuit. *tit.* 14 §. 1. *feud.* 1. *& tit.* 12. *feud.* 2. Bona Eccleſiaſtica, uti & bona reſpectu Eccleſiæ acquiſita quod attinet, modus ſuccedendi in iis explicatur ſatìs in *cap.* 1. & *cap. fin. de pecul. Cler. cap. 7. 11. & 12 de teſtam*

## *De novi operis nunciatione, & damno infecto, & aquæ pluviæ arcendæ actione.*

### XXV.

QUòd ſi vel per titulum univerſalem ſucceſſionis ſimilis inteſtatæ, vel per beneficium ſucceſſionis teſtatæ, vel etiam per modum alium ſingularem actu ultimæ voluntatis, aut legis diſpoſitione, partiúmve conventione inductum res aliqua acquiſita fuerit, experientia docet, ſæpè ità novum opus præjudiciale fieri, ut ad acquiſiti juris conſervationem, ſi non neceſſarium, ſaltem utile ſit ad ſimilis operis inchoati & adhuc IMPERFECTI proſecutionem & continuationem aliquam prohibitoriam facere nuntiationem vel authoritate publicâ, adito prætore: *l 1. §. 2. l. 5 § 10 l. 16. ff. de novi op. nunciat.* vel declaratione privatâ, nudis verbis, aut manu ſeu lapilli jactu, *d. l 5. § 10. ff. de oper. novi nunciat. l. 20 § 1. ff. quod* [illegible] *im. l. 6. § 1 ff. ſi ſervit. vindic.* (*k*) qualem quidem nunciationem omnis is q[illegible]uod jus in re habet, & damnum in ea metuit, *l 1. §. pen l. 3 §. pen. l. 5 § 18. C* [illegible] *ult. l. 7. § 1. l. 9 ff. de oper. novi nunciat* illi, qui contra priſtinam formam ædificando, exſtruendo, deſtruendo, mutando novum opus parat, *l. 1 §. 11. ff. de operis novi nunciat.* non illi , qui opus priſtinum reficit, *l 1 §. 13. d. l. ff de oper. novi nunciat.* nec alibi, quàm in re præſenti *l. 5. §. 2. 3 4 ff. de oper. novi nunciat.* imò opifici *l. 1. § 5. l. 5. §. 3. ff. de oper. novi*

(*k*) *Obſt. l. 176. ff. de reg. jur. l. 5. § 10. l. 8. § 1. 2. ff. de oper. novi nunciat. Junct. l. 1. § 4 & 6. ff. eod. tit.*

*vi nunciat*, ad eum effectum, ut dominus etiam ignarus nunciationis opus poſt eam exſtructum propriis impenſis reſtituere teneatur, *l. 20. pr. & §. 3. ff. de oper. novi nunciat.* facere poteſt. (*l*)

XXVI.

IN caſu exiſtentis PERFECTI operis, omnis ille, qui antea novum opus nunciare potuiſſet: ſed tamen ex hoc perfecto opere damnum adhuc infectum metuit fore, poteſt ejus nomine cautionem de damno infecto, ubi datum fuerit, reparando petere, implorato eum in finem extra ordinem officio prætoris, arg. *l. 7. ff. pr. de damn. infecto.* (*m*) qui quidem Prætor, cum cautio hæc una ex ſtipulationibus prætoriis *§. 2 Inſt. de diviſ. ſtipulat.* ſit (*n*) ſicut jusjurandum calumniæ exigit ab eo, qui ſuo nomine nunciat novum opus. *l. 5. § 15 ff. de oper. novi nunciat* ità ſuum de damno infecto cavendi decretum non interponit antè, quàm cautionem iſtam etiam alieno nomine exigens Juramentum calumniæ praſtiterit; *l 7. pr. l. 13. §. 3. & §. 13. ff. de damno infect.* præſertim, quia hæc eadem cautio id operatur, ut & ſtipulator, & ſucceſſor, ſivè univerſalis, ſivè particularis (ſuppoſitâ tamen particularis reſpectu ceſſione actionis) agere poſſit actione ex ſtipulatu, ubi damnum datum fuerit, adverſus cavestes, eorûmque ſucceſſores non modò univerſales, ſed & eos, qui in rei tantum dominium ſucceſſerunt. *l. 24. §. 1. ff. de damno infect. arg. l. 17. §. 3. ff. eod.* (*o*) Quòd ſi cavere juſſus cautionem interponere contumaciter detrectet, miſſio fit à prætore in poſſeſſionem rei vitioſæ *l 15. § 11. & §. 13. l. 38. §. 1 ff. de damno infect.* per primum decretum, cujus is effectus, ut ex eo miſſus poſſeſſionem rei vitioſæ naturalem conſequatur; *l. 15 § 20. & 23. ff. de damn. infect.* & ſi per tempus arbitrarium in contumacia perſeveraverit dominus, ſecundúmque idcirco decretum Prætor imploratus emittat, uſque adeò cum uſucapiendi poteſtate civilem nanciſcitur poſſeſſionem, *l. 5. 7. 12 15. §. 16. §. 23. & §. 26. 27. ff. de damno infect. l. 3 § ult ff de acquir. vel amitt. poſ.* (*p*) Prætorii ſæpè memorati juris beneficia iſta ſunt: juris autem civilis providentia non omninò defuit in caſu multùm aſſimili: nam, quia poteſt quoque opere aliquo manu facto fieri ductus aquæ alteri nocivus, hic ex hoc jure Civili habet actionem aquæ pluviæ arcendæ, *l. 21. pr. ff. de ſtat. liber. l. 22. ff. de aqua & aqua pluv. arcend.* perſonalem, *l. 6. §. 5 ff. de aq. & aq. pluv. arc.* contra dominum, qui opus in fundo à ſe ſuo factum, quo aqua aliter fluat, conſervat ac ſovet, licet etiam locus publicus intermediet; *l. 18 & 23. § ult. ff. de aqua & aq. pluv. arc.* competentem ad id, ut ſublato opere damnum reſarciatur, *l. 6. §. 6 & § ult. ff. de aq. & aq. pluv. arc.* aut ſi ipſe dominus non fecerit opus, vel fieri curaverit, ut tolli illud patiatur, *l. 4 §. pen. & ult. l. 5. 6. §. 7. l. 11 §. 2. ff. d. t. de aq. & aq. pluv. arc.*

De

(l) Obſt. *l. pen. ff. de operis novi nunciat. Junct. text. in Can. naſci. diſt. 36. Can. diſplicet, XXII q 4. Can 5. XV. q 1. l. 53 ff. de furtis.* (m) Obſt. *l 13 § 12. ff de act. empt. l 3 § 2. l. 11. § 3. ff. de aqua & aqua pluv. arcend* (n) Obſt. *l. 1 l. 4. § 3. ff. de damn. infect. Junct. l. 4. ff. de juriſdict. & l. 26. ff. ad municipalem.* (o) Obſt. *§ 3. & § 21. Inſt de inutil. ſtipulat. l. 38. ff. de verb. oblig.* (p Obſt. *l 15 § 33. ff. de damno infecto. Junct. l. 7 § 9. ff. comm. divid. §. 4. Inſt de act. l. 1. ff. de fundo dotali.*

## *De neceſſariâ ſolutione vectigalium: variiſque ſpeciebus liberæ donationis*

XXVII.

SEd eadem iſta tamen civilis, prætoriique juris dictamina ſpectant maximè commodum privatorum, ut in rebus propriis liceat ſecurius, utiliúſve morari, & conditionem facere meliorem. Ad commodum Reipublicæ pertinet magìs, ſi in fluviis, pontibus, viis publicis fiat, aut toleretur nocivum nihil, unde ſecuritas ac frequentia commerciorum turbetur. Nimirum hac ſecuritate, ac frequentiâ ſtabilitâ poterit Princeps ad Reipublicæ onera melius ſuſtinenda exigere vectigalia *l. 10. pr. ff. de publ. & vectig. l. 3 C. vectig. nov.* ſivè telonia *l. 3. C. de publican.* quo nomine non ſolùm intelligo portorium, quod pro importandis vel exportandis mercibus ſolvitur, terreſtre aut navale, cujus in jure Civili mentio occurrit, *l. 17. § 1. & l. 203. ff. de verb. ſign. l. 5. 6. 8. 9 C. de publican.* ſed etiam pedagiũ à perſonis tranſeuntibus præſtari ſolitum, cujus in jure Canonico fit ſæpius mentio. *cap. 4. de cenſib. in 6. cap. 4. ✠ eod. cap. 26. ✠ de verb. ſignif.* Atque hujus generis publica commoda percipi à Principibus æquè ſatis conſtat, quàm ad eorum exactionem ab omnibus perſonis, niſì ſint ſpecialiter privilegiatæ, faciendam conſtitui publicanos, datâ his vel condictione ex lege *arg. l. un. ff. de cond. ex lege. Junct. l. 7. ff. de publican.* contra tranſeuntes, ut ſolvant: vel etiam rei vindicatione, ſi ob vectigalium defraudationem res commiſſa, proindéque jure dominii Fiſco acquiſita ſit, *l. 8. & 14. ff. de publican.* Publicanos autem conſtitutos plures eſſe inculpatæ vitæ, ſicut nemo negaverit, ità aliquorum publicanorũ quantæ audaciæ quantæ temeritatis ſint factiones, *l. 12. pr. ff. de publ. & vect.* nemo neſcit: quare contra hos poſteriores præter alia juris remedia, puta, furti, rapinæ, damni, injuriæ, prætor edicta propoſuit in lege *1. pr. & §. 2. l. 12. pr. & §. 1. ff. de publican. & vectig.* ſecundum quæ, ſi plus juſto vectigalium nomine citra vim exegerint, actione in factum pœnali mixtâ in duplum intra annum; *l. 1. pr. & § pen. l. 5. §. 1. l. 9. §. 5 l. 12. §. 1. 2 ff. de public. & vectig.* & ſi vis ſit adhibita, in quadruplum pœnale mixtum utili actione de vi bonorum raptorum *d. l. 9 § 5 ff. de public. & vectig.* læſis eorúmque hæredibus tenentur. Omnibus omninò publicanis illud certè proprium, ut in remittendis vectigalibus, aut conſuetis honorariis raram exerceant liberalitatẽ.

XXVIII.

POrrò liberalitatis, ut de ea hac occaſione non nihil diſcurram, ſpecies eſt præcipua donatio, ſivè MORTIS CAUSA, quæ propter mortis fit ſuſpicionem. *§. 1. Inſt. de donat. l. 1. ff. de mort. cauſ. donat.* verbis non purè executorialibus, quibus res donata poſt mortem haberi jubeatur, ſed diſpoſitivis, *l. 27. 42. § 1 ff. de mort. cauſ. donat.* (q) exæquata in pleriſque legatis, ut, quod Juris in illis, in hac quoque ſtatuendum ſit, *l. 15. 17 37. ff. de mort. cauſa donat. Junct. Nov. 87. in præfat.* ſivè DONATIO INTER VIVOS, facta ſinè ullâ mortalitatis mentione, *pr. & § 2. Inſt. de donat.* qualis ſi fortaſſis ob factam aliquam

D mor-

(q) Obſt. *l. 1 ff de mortis cauſ. donat § 1. circa fin. Inſt. de donat. l. 20. ff de mortis cauſâ donat, l. 13 in ne, l. 35 § 4 in fine ff. eod. junct. Nov. 87. in præfat. & cap. 1.*

mortis mentionem emergat dubitatio, in dubio præſumitur arg. *l. 1. ff. de donat.* Hanc æquè, ac priorem donationem facere poteſt quilibet habens rerum ſuarum administrationem, & alienandi facultatem, *l. 12. C. de donat. Junct. l. 21. C. mandati:* & quidem cuilibet non probibito, ſivè noto, ſivè ignoto, *l. 27. C. de donat. Junct. arg. l. 15. § 14. ff. de excuſat. tut. §. 10. inſt. eod. tit. §. ult. inſt. de hered. inſt.* facere poteſt, niſi jus hanc donandi facultatem planè ſuſtulerit, aut modificaverit: cujus doctrinæ quoad Prælatos Eccleſiarum exemplum eſt in capite 2. ☧ *de donat.* quoad alios & præſertim reos perduellionis in lege *31. §. ult. ff. de donat. Junct. §. 3. inſt. de publ. jud. l. ult. ff. ad leg. Jul. Majeſt. l. ult. C. eod. tit.* ac alterius rei criminis condemnatione notatos ex textu legis *9. 13. §. ult. ff. qui teſtam. fac. poſſ. l. 6 § 8 ff. de injuſt. rupt. irrit. teſt.* (r) eruitur. Cæterum res quaslibet, quæ ſunt in commercio, uſque adeò bona omnia, tam futura, quàm præſentia, modò nulli, quantum ad legitimam, præjudicium inferatur, *l. 35. §. 4 & 5. C. de donat.* (s) donari poſſe, ſatìs benè aſſeritur: modò, ſi donatio ſit inter vivos, ſummáque donata 500 ſolidos excedat, actis inſinuetur; *l. 27. 30. 22. C. de donat. Nov. 127 cap. 2. §. 2. inſt. de donat* prout etiam benè ſuſtinetur, quòd inter vivos donatio ſemel perfacta ex ſuâ propriâ naturâ temerè revocari nequeat. *l. 4. & 5. C. de revoc. donat* Nec facilè à judice admittatur ejuſdem revocatio, niſi adſit cauſa una ex cauſis relatis in *cap. fin.* ☧ *de donat.* vel enumeratis in lege *ult. C. de revocand. donat.* quibus ſtando in juris principiis perperam annumeratur liberorum ſuperveniencia. *Can. ult. XIX. q. 4* (t) Alia liberalitatis ſpecies utique valdè notabilis erat olim, datio libertatis, quæ quàm variis modis ſecerit fieri ſolita, quæque inter manumiſſos eâ libertate donatos differentia fuerit, plus, quàm neceſſe ſit, legitur in *tit. Inſt. de libertinis §. 1. 3. & ſeqq. tit. ff de manumiſſ. tit. de manumiſſ. vind. tit. de manumiſſ. teſtam. tit. qui & a quib. manumiſſi &c.*

## *De modis acquirendi dominium vel poſſeſſionem.*

### XXIX.

PRæmemorata liberalitatis ſpecies, donatio ſcilicet, modus eſt acquirendi rerum dominium: cui magìs juverit, ut nunc alios addam dominii acquirendi modos, quàm ut proſequar manumiſſionum, cauſarúmve liberalium materiam. Varios hujus generis modos ad tres ſpecies commodè reduci poſſe arbitror, occupationem ſcilicet, acceſſionem & traditionem. Ad OCCUPATIONEM inprimis pertinet venatio, piſcatio, aucupium; feræ enim beſtiæ & volucres ſivè in publico, ſivè in privato, proprio, aut alieno fundo, conſentiente aut invito fundi Domino captæ, jure gentium fiunt capientis. *§. 12. Inſt. de rer. diviſ. l. 3. §. 1. ff. de acquir. rer. domin.* (u) Pertinet & inventio, non rerum deperditarum, quippe quæ dominis reſtituendæ, *§. ult. in fine Inſt. de rer. diviſ. l. 43. §. 4. & ſeqq. ff. de furtis* Nec mercium in tempeſta-

te

(r) Obſt. *l. 46 § 6 ff de jure fiſci, l. 41. 42. 45 § 1. ff de ſolut.* (s) Obſt. *l. 52 § 9 ff pro ſocio, l 10 § 1. ff. de jure Patronatûs.* (t) Obſt *l. 8. C. de revoc. donat. l. 102. ff. de condit. & demonſtr l. 30 C de fideicommiſſ* (u) Obſt *l 16 ff de ſervit prad. ruſt. l. 3 § 1. ff. de acquir. rer. dom. § 12. in fine Inſtit. de rer. diviſ. Junct. l. 13 § ult. ff. de injuriis, l. 55. ff. de acquir. rer. dom.*

te navis levandæ gratiâ projectarum, eas enim animo ſibi habendi auferens furtum committit; *l. 43 §. 11. in fine ff de furtis, l. 9. § ult. ff. de acquir. rer Dom. §. ult. inſt. de rer. diviſ. l. 21 §. 2. ff. de acquir. vel amitt. poſs. l. 2. § ult. l. 8. ff. de leg. Rhod. de jactu,* ſed earum rerum, quæ nullius ſunt, lapillorum, puta, gemmarum & ſimilium. *§. 18. Inſt de rer. diviſ. l 1. §. 1. in fine ff. de acquir. vel amitt. poſs.* Ad ACCESSIONEM verò referuntur fœtura animalium, arg. *§ 19. Inſt. de rer. diviſ. Junct. l. 5. §. 2. ff. de rei vind.* alluvio, *§ 20. Inſt. de rer. diviſ. l. 7. §. 1. ff. de acquir. rer. dom. l. 1. & 3. C. de alluvion.* appulſio, *§. 22. inſt. de rer. diviſ. l. 7 § 2. de acquir. rer. dom. l. 9. §. 2. ff de damno infect.* (vv) ſpecificatio, ſi nova præſertim ſpecies ad rudem materiam reduci nequeat; *§. 25. inſt. de rer diviſ.* non tamen extendenda ad caſum, quo frumentum ſpecis excuſſum eſt; *l. 7. §. 7. ff. de acquir. rer. dom.* (x) intextura, confuſio, inædificatio, implantatio, de quibus aliiſve habes utiles regulas in textu *§. 26. 27. 28. 29. 30 31. & ſeqq. Inſt. de rer. diviſ.* Ad TRADITIONEM denique, per quam quoque jure naturali res nobis acquiruntur, ſi ex cauſa dotis, aut qualibet alia (non tamen ità facile ex cauſa emptionis §. 41 *inſt. de rer. diviſ.*) fiat traditio: parùm refert, utrum ipſe dominus alicui tradat, an voluntate ejus alius: *§. 42. cit. tit. Inſt. de rer. diviſ.* modò & poteſtas & voluntas adſit, *cit. §. 42. & 43. inſt. de rer. diviſ. l. 38. §. 1. ff. de donat. inter vir. & uxor.* nihìlque intereſt, an traditio vera ſit ad ſenſum legis *3. § 1. ff. de acquir. vel amitt. poſs.* an ficta ad ſenſum legis 18. ff. *d. tit. de acquir. vel amitt. poſs.* nam & per fictam traditionem, quando v. g. venditor ſe emptoris nomine poſſeſſurum dicit, clauſulam conſtituti poſſeſſorii contractui principali venditionis addendo, *d. l. 18. & l. 19 ff. eod.* dominium transferri palam eſt.

## X X X.

QUod verò communius traditur ex lege 20. C. *de pactis. l. 15. C. de rei vind. l. 6. C. de hered. vel act. vend.* dominium ab uno in alterum ſeclusâ traditione non transferri, ferè inde fluxit, quia ſi res alicujus fuit, oportet ſæpè titulum, puta emptionem & in vacuam poſſeſſionem inductionem *l. 12. C. de probat.* ſivè traditionem probare: vacuam dico poſſeſſionem vel ideò notabilem, quòd verum ſit, cœpiſſe dominium à rerum poſſeſſione, *l. 1. § 1. ff. de acquir. vel amitt. poſs.* quæ quidem poſſeſſio, ſi ſimpliciter naturalis ſit, in ſe ſpectata, tota facti, non juris eſt, *l. 1. §. 3. ff. de acquir. vel omitt. hered. arg. l. 19 ff. ex quib. cauſ. major.* (y) quatenus ſcilicet non ipſo jure, ne per hæredem quidem *l. 23. pr. ff. de acquir. vel amitt. poſs.* (z) ſed corpore ſimul & animo acquiritur, *l. 3. §. 1. pr. l. 8. ff. de acquir. vel amitt. poſs. l. 153. ff. de reg. juris.* (a) cum verò acquiſita etiam ſolo animo retineatur, *l. 3. § 8. l. 6 §. 1. l. 7. 25. § ult. l. 46. ff. de acquir. vel amitt. poſs. l. ult. C. eod.* & eo caſu civilis, facile eſt, ut duo poſſint eandem rem in ſolidum ſinguli poſſidere, *l. 25. §. ult. ff. de acquir. vel amitt. poſs. l. 15. §. 4. ff. de precario.* (b) ſaltem hac poſſeſſione civili:

De

(vv) Obſt. *l. 5 § 3. de rei vindicat.* (x) Obſt. *§ 25. Inſt. de rer. diviſ. Junct l. fin. ff de conſtit. princip.* (y) Obſt. *l. 40 § 1. ff de acquir. vel amitt poſs. l. 10 C eod. tit. de acquir. vel amitt. poſs.* (z) Obſt. *l. 30 ff. ex quib. cauſ. major.* (a) Obſt. *l 3 § 3. l. 51 ff de acquir. vel amitt. poſs arg. à contr.* l. 3 § 8. l. 6 § 1. l. 7. 25. § *ult.* l. 46 ff *de acquir. vel amitt. poſs.* l. ult. C eod § 5. *Inſt. de interdictis.* (b) Obſt. l. 3. § 5 ff *de acquir. vel amitt. poſs.* l. 19. ff. *de precario.*

## *De uſucapionibus ac diverſis temporalibus præſcriptionibus, earúmque requiſitis, & in ſpecie titulis.*

XXXI.

AD prætactum triplicem modum dominii acquirendi puto jungi debere uſucapionem, (c) quæ aliàs ſinè naturali, civilique poſſeſſione contingere non poſſe dicitur *l. 25. ff. de uſurpat. & uſucap.* & ideò quidem, quia uſucapio deſcribitur poſſiſſime eſſe adjectio dominii per continuationem poſſeſſionis temporis a lege definiti *l. 3. ff. de uſurpat & uſucap. l. 23. § 1. ff. ex quib. cauſ. major.* Si res præſcriptibilis eſt, uti eſt præſcriptibilis regulariter res omnis in commercio exiſtens, corporalis, puta fundus, & incorporalis, puta: etiam ſervitus, *l. 2. & l. pen. C. de ſervit. & aqua l. ult. in fine C. de præſcript. longi temp. 10. vel 20. ann.* (d) imò res non in humano commercio exiſtens, qualis eſt jus decimandi, *cap. 18. cap. 20. & 29. X. de Decimis,* aliúdve jus ſpirituale etiam ſuperiori competens; *cap. 15. & 18. X. de præſcript.* non verò res meræ facultatis, ad quas non omninò improbabiliter nonnulli referunt jus luendi pignoris arg. *l. 2. ff. de via publ. & itin. publ. l. 16. 33. §. 4. ff. de uſurpat. & uſucap. l. 1. §. 15. l. 36 ff. de acquir. vel amitt. poſſ.* (e) multò minùs res vitioſæ, ad quas pertinent res furtivæ, aut vi poſſeſſæ, *§. 2 inſt. de uſucap. & longi temp. præſcript.* (f) quin etiam res commodatæ aut pignori datæ & ſurreptæ etiam à domino, antè purgatum vitium, *l. 4 §. 6. l. ult ff. de uſurpat. & uſucap. l. 6. C. de uſucap. pro empt. Junct. §. 10. inſt. de oblig. quæ ex delict.* (g) nec res ſpecialiter privilegiatæ, uti res pupillares durante pupillari ætate, *l. 48. in fine pr. ff. de acquir. rer. dom. l. 3. C. de præſcript. 30 vel 40. ann.* (h) uſucapio, ut eâ mediante acquiratur dominium, vel jus aliud ſeu nobis præjudiciale extinguatur, ſeu nobis utile obtineatur, IMPRIMIS deſiderat in uſucapiente bonam fidem, ſeu ſinceram conſcientiam, quâ is credat, ſe non agere contra juſtitiam, toto eo tempore, (i) quo rem de ſe reverà alienam occupat, aut ab obligationis reverà incumbentis exercitio abſtinet; id quod jure Canonico hodiedum indubium eſt, *cap. fin. X. de præſcript. & cap. poſſ. de reg. jur. in 6.* quidquid de jure Civili fortè aliter videri poſſet ſtatutum. *l. 48. §. 1. ff. de acquir. rer. dom. l. un. C. de uſucap. transform. l. 3. C. de præſcript. 30. ann.* DEINDE exigit uſucapio plerumque, uti mox dicebam, poſſeſſionem, & quidem continuatam abſque errore juris clari & aperti, *l. 4. ff. de jur. & facti ignor. l. 31. ff. de uſucap.* quia malæ alioquin fidei poſſeſſorem nullus ambigit eſſe eum, qui contra legum interdicta mercatur, *l. 7.*

C.

(c) Obſt. *Nov. 9. pr. Inſt. de uſucap. & longi temp. præſcript. verſ. ne domini, l. 19 § 1. l. 14. ff. de condict. indeb.* (d) Obſt. *l. 25 & l. 26. ff. de uſurpat. & uſucap. Junct. l. 10. § 1. ff eod. l. 14 ff de ſervit. l. 1 § 1 l. 10 ff. ſi ſervit. vind. l. 2 C de ſervit. & aqua.* (e) Obſt. *l. 1. 4 C de præſcript 30 vel 40 ann. l. 1 C de annali except.* (f) Obſt. *l. 4 § 22 24 l 33 § 2. ff. de uſurp. & uſucap.* (g) Obſt. *l. 4 § 21 ff. de uſurpat. & uſucap l. 1. ff. pro emptore.* (h) Obſt. *l. 7 § 3. ff pro emptore. l. 4 § 11. ff de uſurpat. & uſucap. l. 41. pr. ff. de minor. 25 ann. l. 2 § 15 ff pro emptore, l. 4 § 24. ff de doli mali & met. except.* (i) Obſt. *l. 48. § 1. ff. de acquir. rer. dom. l. un. C de uſucap. transform. l. 3 C de præſcript. 30. vel 40. ann.*

*C. de agricol. & cenſ. cap. 82. de reg. jur. in 6.* quanquam ſicut jure ſingulari receptum eſt *l. 44. §. 3. ff. de uſurpat. & uſucap.* ut poſſeſſio à defuncto BONA FIDE cœpta ad uſucapionem hæredi proſit, licet hic necdum facto proprio poſſeſſionem ſit eſſecutus *§. 12. inſt. de uſucap. l. 3. ex quib. cauſ. major,* ità valdè obſervandum ſit, hæredem, qui tempus, quo ab ipſo ignoratur defunctus author ſuus in poſſeſſione MALÆ FIDEI fuiſſe, ad complendam præſcriptionem computare fruſtra, quia ignoratione hæredis defuncti vitium non excluditur, & proinde uſucapi ab ipſo non poteſt, quod defunctus ob malam fidem uſucapere non potuit *l. 11. ff. de diverſ. tempor. præſcript. l. 11. C. de acquir. vel amitt. poſſ.* ſaltem ſi titulo, quo defunctus uſus eſt, uti voluerit.

XXXII.

POſtulat quoque uſucapio plerúmque aliquem ſi viâ ordinariâ incedat, juſtum titulum, *l. 24. C. de rei vind. l. 4. C. de præſcript. longi temp.* qualis eſt PRO EMPTORE, quo uſucapit, qui vel verè & purè rem à non domino emit, vel emptoris loco habetur, dum negotium emptioni proximum geſſit, veluti ſi rem æſtimatam acceperit in ſolutum, vel litis æſtimationem alteri, quaſi domino præſtiterit: *l. 1. l. 1. §. ult. l. 3. ff. pro emptore,* modò habeat & contractûs & traditionis tempore bonam fidem *l. 48. ff. de uſurpat. & uſucap. l. 2. pr. & §. 13. ff. pro emptore, l. 7. §. 16 & § ult. in fine ff. de publ. in rem act.* (k) Talis etiam eſt titulus PRO HÆREDE, vel PRO POSSESSORE, cum quis vel prætorio vel civili jure hæres verus rem defuncto commodatam, pignori datam, vel apud eum depoſitam, tanquam hæreditariam poſſidendo uſucapit; *l. 3. ff. pro hærede vel pro poſſ. l. 4. § 5 ff. de uſurpat. & uſucap.* (l) aut putativus hæres ipſas res hæreditarias, *l. 33. §. 1. verſ. hoc amplius, ff. de uſurpat & uſucap. Junct. l. 11. ff. pro emptore, l. ult. ff. pro ſocio.* (m) Talis etiam titulus eſt PRO DERELICTO, cum quis bonâ fide occupat rem à non domino derelictam, putans à verò domino eſſe derelictam. *l. 4. ff. pro derelicto.* (n) Talis eſt PRO LEGATO, dum alicui res aliena legata ac tradita, & bonâ fide tanquam ad defunctum pertinens accepta eſt. *l. 4. pr. l. 5. 6. & pen. ff. pro legato.* Talis PRO DOTE, ſi marito res aliena tanquam propria in dotem data ſit *l. 1. pr & l. ult. ff. pro dote.* Et talis PRO SUO in caſu, quo venatione vel aucupio animal alterius bonâ fide quis occupaverit, *l. 2. ff. pro ſuo,* & in caſu legis 1. §. 2. ff. *pro dote,* legis 4. §. 1. & 2. ff. *pro ſuo.*

## *De ſententiis, ac confeſſionibus, earúmque effectu, & ceſſione bonorum.*

XXXIII.

IStis omnibus titulis meritò adhuc annumerantur titulus PRO TRANSACTO, *l. pen. C. de uſucap. pro empt. vel tranſact. l. 29. ff. de uſurpat. & uſucap.* & titulus

PRO-

(k) Obſ. *l. 15 § ult l. 44 § 1 & 2. l. 48 ff de uſurpat. & uſucap l. 2 pr. ff. pro emptore.* (l) Obſ *§ 4. Inſt. de uſucap. §. 12 Inſt eod tit. l. 11 ff de diverſ. temp præſcript. l. 4 C de præſcript. longi temp. o vel 20 ann l. ult. C de uſucap. pro hærede l. 2 § 1. ff pro hæred. vel pro poſſ,* (m) Obſ. *l. 27 ff de uſurpat & uſucap. § 12. Inſt. de uſucap. l. 1. C de uſucap. pro hærede, arg. ex l. 7. C. de petit. hæred. deſumpt.* (n) Obſ *§ pen. Inſt. de rer. diviſ. l. 1. & l. 5 § 1 ff. pro derelicto.*

PRO JURATO *l. 13. §. 1. ff. de jurejur.* & præcipuè titulus PRO JUDICATO; *l. 3. in fine ff. de publ. in rem act.* cum enim res judicata nec intuitu inſtrumentorum poſtea repertorum, nec ullo alio prætextu ſit reſcindenda, *l 2. & 4 C. de re judic. cap. 21 X de ſent. & re jud. l. fin. C. ſent. reſc. non poſſe, l. 1. C. quand prov. non eſt neceſſe. l. 32. C. de tranſact.* (o) quin ad uſucapionem titulus ſit ſufficiens titulus pro judicato, dubitari non poteſt. *arg l. 17 ff. de uſurpat. & uſucap. l 1. ff. de publ. in rem act.* Eſt autem res judicata ſtrictè & propriè ea, quæ tali affecta eſt ſententiâ judiciali validâ, ut nullo nec appellationis, nec reſtitutionis, nec alio remedio convelli *l. 23. §. 1. ff. de condict. indeb. l 1. ff. de re jud. l. 19. §. 1. ff. de recept. qui arbitr. recep.* (p) poſſit Sententiâ, dico validâ: qualis utique non eſt ſententia à judice ſimpliciter incompetente lata, *cap. 4. X de judiciis. l. fin. C. ſi à non compet. jud.* (q) & ſententiam intelligo definitivam, latam ſuper objecto principaliter in judicium deducto, ſuper quo litigantium conſenſus etiam quid operari valet, nec enim facile habetur res judicata, niſi litigantium accedat conſenſus, *cap. 1. & 13 X de reſtit. ſpol. l. fin. C. de ſent. quæ ſine cert. quant. l. 3. C. quomodo & quando.* (r) & ſententia interlocutoria, reſpectu negotii principalis, quod non attingit, *arg. l. 9. C. de ſent. & interlocut. l. 1. §. 1 ff. de conſtit. princip. l 7. C. de ſent & interlocut. omn. jud. l. 2. ff. de appellat. recip vel non.* (s) quia ab eo, à quo lata, ſecus ac definitiva, *l. 14. ff. de re jud. Junct. l. 19 §. ult. l. 20. ff. de recept. qui arbit. recep. l. 1. §. ult. in ſine ff. de quæſt. l. 27. ff. de pœnis, l. 15. C. de pœnis. l 14 55. 62. ff. de re jud.* revocari poteſt, non conducit per ſe ad perficiendam rem judicatam: uti ex eadem ratione nec conducit ſententia potiſſimum lata ex conſilio peritorum. *arg. cap. 14. X de probat. cap. 18. de homicid.* (t) Hoc dignum eſt animadverſione quoad effectum ſententiæ, quæ vires rei judicatæ eſt adepta, quod ſolis illis, inter quos eſt judicata, non aliis *l 1. ff. de except. rei jud. tot. tit. C. res inter alios acta cap. pen. X de ſent. & re jud.* (u) noceat: effectúſque rei judicatæ, ſi bonâ fide quid eo titulo traditum fuerit, pro foro in- & externo ità ſubſiſtat, ut ſi deinde appareat rem traditam non fuiſſe debitam reſtitutionis nulla in accipiente ſit obligatio, *cap 13 X de ſent. & re jud. l. 36. ff. fam. erciſc. l. 1. C. de condict. indeb. l. 2. C. de compenſat. Junct. l. 10. ff. de oblig. & act. & l. 2. ff. de reg. jur.* (vv)

## X X X I V.

RE judicatæ ferè ſimilis eſt confeſſio, quæ ſi JUDICIALIS ſit & diſcreta, confeſſum facit haberi pro judicato, *l. 1. 3 6 § 2. ff de confeſſ. l. un. C. eod. l. 56. ff. de re jud.* hoc eſt, ut nullæ ſint aliæ judicis partes, quàm ut condemnet, non in civilibus tan-

(o) Obſt. *l. 33. ff de re judic. Junct. l 75. ff. de judiciis, l. 11. ff de except. l 1. 2. 3. 4. C ſi ex falſ. inſtr. vel teſtim jud. ſit, l. 31. ff de jurejur.* (p) Obſt *l 7 & l. 11 ff de tranſact. cap 13 X de ſent. & re jud. l. 14 C de appellat.* (q) Obſt. *arg ex leg 2 & 28 ff de jud l 14 C de ſent. & interlocut. cap 18 X de foro compet. cap 4 X de poteſt. jud. deleg cap 11 de reſcript. in 6. deſumpt.* (r) Obſt. *l 36 ff. de pactis. Junct. l. 1. & 4. C de re jud. l 5 § 2. ff ad SC. Trebell.* (s) Obſt. *cap 65 X de appellat. cap 38 X de off. jud. deleg. Clem. ult de appellat. l 5 ff de jud. cap 32 X de elect. & electi poteſt.* (t) Obſt *arg. à leg 1. 2. 4 C de re jud. leg 5 § 2 ff ad SC. Trebell l. 14. 55. 62 ff. de re jud. l 1 § ult. in fine ff. de quæſt deſumpt.* (u) Obſt. *cap 25 X de re jud l 63 ff de re jud.* (vv) Obſt. *cap 2 de purgat. vulg. l. 28 & 60 in pr. ff de condict. indeb. l. 2. ff de condict. ſine cauſ. l. 17 ff. commodati.*

tantum, ſed etiam criminalibus, *l. 3. 5. 8. ult. ff. de confeſs. l. 5 ff. de cuſtod. & exhib. reor.* (*x*) EXTRA JUDICIALIS tamen ſi ſit etiam geminata, ſolam inducit præſumptionem adverſus confeſſum, *l pen. in fine C. de liber. cauſ. l. pen. §. ult. C. de recept. arg. §. 1 Inſt de teſtam. milit.* (*y*) adeóque eum effectum non operatur, ut contra hunc ſententia ferri, multò minùs executio fieri debeat. Executionem quod attinet, ſicuti ſi ex capite confeſſionis urgeatur, ad eam competit ACTIO CONFESSIO civilis, perſonalis, perpetua, rei perſecutoria, ſtricti juris ad id, quod ex cauſa confeſſa debetur, *l 23. §. fin. ff. ad Leg. Aquil. l. 4 ff. de conf. l. 13. ff. de interrog. in jure faciend. arg. l. 6 §. fin ff de re jud.* ità ſimilis originis, naturæ ac qualitatis ACTIO REI JUDICATÆ competit, ſi urgeatur executio, *l. fin. C. de uſur. rei judic. l. 4. §. ult. l. 6 §. 1. & ult l. 7. ff. de re judic.* ex capite judicati. Verùm olim debitor non exiſtens ſolvendo, & per infortunium bonis lapſus *§. ult. inſt. de act l. 1. 4. pen. & ult. C. qui bonis ced. poſs.* uſque ad ſaccum & peram excuſſus moleſtias carceris ſub ipsâ executione facile evitabat, & modò adhuc evitat, ſi tempeſtivè omnia ſua bona cædat creditoribus (*z*)

## *De bonis debitorum authoritate judicis poſſidendis & curandis, eorúmque ſeparationibus, ac quibuſdam fraudulentis alienationibus.*

### XXXV.

CReditoribus ſi debitor bona ſua eo modo non ceſſerit, nec ſatisfecerit, fit in ejus forſan latitantis aut contumacis *l. 3. C. qui pot. in pign. l. 3. C. de execut. rei jud.* bona & quidem omnia *l. 1. ff quib. ex cauſ. in poſs. eatur.* (*a*) eorum ſervandorum causâ miſſio, ſic tamen, ut miſſi non tam poſſeſſionem, quàm potius nudam detentionem & cuſtodiam conſequantur; *l 3 § ult ff. de acquir. vel amitt. poſs.* quòd ſi nec taliter miſſis ſatisfiat, alterum eis accommodatur decretum, quo res alienandi poteſtatem conſequuntur, *l. 7. §. 1. ff. quib. ex cauſ. in poſs eatur*, juxta regulas in lege *1. 2. 3. ff. de reb. auth jud. poſſid.* lege *15. ff de re jud* præſcriptas exercendam; ac ſi denique contingat plures concurrere creditores, hæredis forſan & defuncti, hi bonorum ſeparationem petere poſſunt, ad hoc, ut in rebus hæreditariis præferantur creditoribus hæredis, *l. 1 § 1. & 16. l. pen. ff. de ſeparat. l. 1 2. C. de bon. auth. jud. poſſid.* (*b*) præſertim ſi eo fine, ut ex bonis defuncti ſolutionem conſequantur, privilegiatum jus habeant, ſeu perſonale, quale habet munitus v. g. actione prætoriâ funerariâ, perpetuâ ac ſubſidiariâ ad expenſas causâ funeris factas repetendas *l. 12. § 2 l. 14. §. 6. & ſeq. l. 18. & l. 31. ff. de relig. & ſumpt. fun.* ſeu reale, quale habet poſt funeris expenſas

(x) Obſt l. 1. *ff de confeſs.* l. *un.* C *eod.* (y) Obſt. l 22 C *ad SC. Vellej.* l. 3 C *de plus petit.* (z) Obſt. l. *ult. ff de in jus vocando*, l. 1 § *ult. ff de pœnis* l 7 § 3 *ff de juriſdict.* l. *ult* C *de ſepulchro viol* l. 35 *ff de injuriis*, l 9 *ff de incend. ruin. naufrag.* (a) Obſt. *auth. & qui jurat* C *de bon. auth. jud. poſſidend.* Nov. 53 *cap* 4 § 1. l. 7 § 10 *ff quib. ex cauſ. in poſs. eatur, cap. fin.* ;; *ut lite non conteſt* (b Obſt. l. 50 § 1 *ff de judiciis, Junct.* l. 23 *ff de acquir. vel amitt. poſs.* l. 3 § 2. *ff. de bon. poſs.* l. 24 *ff de verb. ſignif.* L 62. *ff. de reg. jur.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

penſas ſolutas defuncti uxor ad dotem reconſequendam antè cæteros creditores. *l. un. C. de rei uxor. act. l. fin. C. ſolut. Matr. l. 12. C. qui pot. in pig.* (c)

XXXVI.

NOn ſufficit autem miſſos ità in poſſeſſionem eſſe creditores, nam curatorem bonis conſtitui conſultum, imò neceſſarium eſt, ne quod plurium curæ incumbit, ab omnibus negligatur, *l. 8. ff. quib. ex cauſ. in poſs. eatur. l. 14. 15. ff. de reb. auth. jud. poſſid.* cujus quidem curatoris officium, cum ſit haud abſimile officio tutorum, *l. 15. ff. de reb. auth. jud. poſſid. l. 1. §. 26. ff. de ventre in poſ. mitt.* poterit is bona adminiſtrare, locare, & vendere primò quæ ſervando ſervari nequeunt, dein & reliqua, pretiúmque pro ratâ inter creditores partiri, *l. 1. § ult. l. ult. ff. de curat. bon. dand. l. 8. §. 1. ff. de reb. auth. jud. poſſi.* ſed ratione ſuæ adminiſtrationis creditoribus ſimul ac debitori, aut mandati, aut negotiorum geſtorum actione tenetur ad rationum redditionem, ac doli latæ levíſque culpæ, ſi quam commiſit, præſtationem. arg. *l. 1. §. 22. junct. §. 17. ff. de ventre in poſs. mitt. l. 2. pr. junct. l. ult. ff. de curat. bon. dand.* (d) His tamen miſſionibus aut decretis judicialibus inattentis, quia ſæpè etiam debitores maligno propoſito res ſuas, ne ſuum conſequantur creditores, alienare attentant, fraudulentis hujuſmodi alienationibus obviaturus Paulus prætor creditoribus dedit actionem à ſuo authore dictam Paulianam, quam ut inter perſonales referam movet me arg. *l. 1. §. 26. ff. ſi quid in fraud. patr. junct. l. 38. §. 4. junct. pr. & §. 1. 2. 3. ff. de uſur.* (e) intra annum utilem à die excuſſionis intentandam; *l. 1. pr. l. 6. §. 14. l. 10. pr. & §. 18. ff. quæ in fraud. cred. l. ult. C. de revoc. his, quæ in fraud. credit.* (f) adverſus eos, ad quos fraudis conſcios aliqua res eſt translata, *l. 6. § 8. l. 10. pr. ff. quæ in fraud. cred. l. pen. C. de revoc. his, quæ in fraud. credit.* ad eum effectum, ut omnia perinde revocentur reſtaurentúrque, ac ſi alienatio facta non eſſet. *l. 1. §. 1. 2. l. 10. §. 22. l. 14. ff. quæ in fraud. cred.* (g)

## *De extraordinariis actionibus ad perſequendam poſſeſſionem bonorum.*

XXXVII.

MAndata, quibus prætor creditoribus, aliiſque ſuccurrebat ratione poſſeſſionis conſequendæ ac retinendæ, imò & recuperandæ, olim interdicta dici conſuevêre: eóque nomine nunc ipſæ ad poſſeſſionem perſequendam competentes actiones indigitantur, utiles valdè, ne & de poſſeſſione contendentes ad arma & rixam procedant. *l. 13. §. 3. ff. de uſufr. & quemad.* Tendunt hæc interdicta, uti mox memini, inprimis ea vel ad poſſeſſionem acquirendam, uti primò interdictum QUORUM BONORUM: *l. 1. in fine ff. quor. bon. § 3. inſt. de interdict.* (h) perpetuum ac uni-

(c) Obſt. l. 2. C. *de privil. fiſci*, l. un. C. *de privil. dot.* l. 17. § 4. l. 18. 19. *ff. de reb. auth. jud. poſſid.* (d) Obſt. l. 21. C. *de uſuris*, l. 22. *ff. de reg. jur.* l. 13. & 21. C. *mandati*, arg. l. 1. § 35. *ff. depoſiti* l. 53. §. 3. *ff. de furtis.* (e) Obſt. § 3. *Inſt. de act. junct.* l. 10. *ff. quæ in fraud. credit.* (f) Obſt. l. 6. § 14. l. 10. § 18. ff. *quæ in fraud. credit.* (g) Obſt. l. 8. & l. ult. § 4. *ff. quæ in fraud. credit.* (h) Obſt. § 4. *Inſt. de interdict.* l. 1. §. 2. ff. *quor. bon.*

univerſale, competens directè bonorum poſſeſſori: *l. 1. ff. quor. bon.* hæredique civili utiliter, *l. 1. C. quor. bon.* etiam propter rem minimam, *l. 29 ff. de furtis. Junct. l. 9. & 10. ff de pet. hæred.* (*i*) adverſus eos, qui pro hærede vel poſſeſſore aut poſſident, aut poſſidere finguntur. *l. 1. ff. quor. bon. l. 2. C. eod. Junct. l 131 l. 150 §. 1. ff. de reg. jur.* ad conſequendam poſſeſſionem: utiq; contradiſtinctum à poſſeſſoriâ hæreditatis petitione: cum hæc judicium petitorium reſpiciat tendens ad vindicandum defuncti patrimonium à jure prætorio delatum, *l. 1. & ſeq. ff. de poſs. hæred. pet.* interdictum autem reſpiciat judicium poſſeſſorium ad hujus ſcilicet patrimonii poſſeſſionem acquirendam. *dd. ll. ff. quor. bon.* Atque huic interdicto prætorio concernenti bonorum relictorum univerſitatem meritò civile remedium legis finalis *C. de Edicto D. Hadriani.* jungitur, utile ad id, ut ſi quis in teſtamento nullum viſibile vitium habente ſcriptus hæres ſit, inattentâ aliorum idem teſtamentum vitioſum eſſe prætendentium inſtantiâ, ad relictæ hæreditatis poſſeſſionem admittatur. Secundò ſervit interdictum QUOD LEGATORUM, hæredi vel bonorum poſſeſſori competens, ut legatorũ quæ præproperè nimis ſibi vindicârunt legatarii citra hæredis voluntatẽ *l. 1. §. 2. & 8. ff. quod legat.* (*k*) poſſeſſionem accipiat, eo etiam commodo, quatenus exinde falcidiam detrahere ſubinde valeat, ſi cum beneficio inventarii hæreditatem adiit. Tertiò interdictum SALVIANUM competens directè locatori prædii ruſtici, qui aliàs habet tacitam hypothecam in rebus in hujuſmodi prædium illatis, & expreſsè pro penſione obligatis, contra Colonum, ad illarum rerum poſſeſſionem conſequendam. *l. 1. C. de precar. & interd. ſalv. §. 3. in fine Inſt. de interdict.*

## XXXVIII.

DEinde interdicta tendunt ad poſſeſſionem ſemel acquiſitam retinendam: ſic enim ſi res ſint IMMOBILES, ad earum poſſeſſionem retinendam conducit interdictum: UTI POSSIDETIS, directè etiam reſpiciens immobilia *§ 4. in med. Inſt. de interdict.* bona, & utiliter illis æquivalentia jura incorporalia. *l. ult ff. uti poſſid. arg. l. ult. ff. de ſervit. l. 8. § 5. ff. ſi ſervit. vind.* Deinde interdictum: UTRUBI, mobilia bona reſpiciens, *§. 4. Inſt. de interdict.* æquè ac prius prohibitorium, ne vis fiat ei, qui tempore litis conteſtatæ non vi, clam vel precario ab adverſario poſſidet, *l. 1. §. ult. l. 2. 3. pr. ff. uti poſſid. l 17. ff. de precario § 4. Inſt. de interdict.* (*l*) quominus fruatur commodis ſuæ poſſeſſionis. Demum interdicta tendunt ad poſſeſſionem recuperàndam, utì famoſum interdictum: UNDE VI. loquens de poſſeſſione rerum ſoli, *l. 1. § 3. 4. 5. & § 8 ff. de vi & vi arm.* & quæ inſtar illarum ſunt, jurium incorporalium & ſervitutum; *l. 3. §. 13. 14. 15. 16. 17. l. 9. §. 1 l. 10 ff. de vi & vi armat. arg. cap. 24. ✠ de elect. & electi poteſt. l. pen. C. unde vi.* (*m*) præparatum homini vim paſſo, ut ejus vi antè omnia reſtituendus adſit, *l. 1. §. 30 l. 12. ff. de vi & vi arm. cap. 5. ✠ de reſt. ſpol.* non tamen colono, aut alterius nomine detentori: *l. 1. §. 22.*

E

(i Obſt. *l. 1 § 1. ff. quor. bon. l. 30 ff ex quib. cauſ. major.* (k) Obſt *l. 8. ff. de doli mali & met. except.* (l) Obſt *l. fin. ff. de ſuperficieb. l. 3 § pen. ff. de novi oper. nunciat. l. 3. § 8 ff. uti poſſid § 4. Inſt. de interdict. verſ. nam uti poſſidetis.* (m Obſt. *l. 4 § 27 ff. de uſurpat. & uſucap. Junct. l. 1. in pr. ff. de acquir vel amitt. poſs. l. 1. § 6 & 33 ff. de vi & vi arm.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

§ 22. *ff de vi & vi arm.* (n) neque notorio prædoni, ſi is à vero domino fuerit ſpoliatus, arg. *cap. 6.* ✠ *de cauſ. poſſ. & propr. l. 31. ff. depoſiti. Junct. arg. à contr. l. 1. §. 30. l. 12. & 18 ff. de vi & vi arm.* (o) imò nec perſonæ ſpoliatæ hæredi de JURE CIVILI contra tertium, quamvis de JURE ſaltem CANONICO in tertium non tantum malæ, ſed etiam bonæ fidei poſſeſſorem extendatur, *cap. 18.* ✠ *de reſtit. ſpol. Can. redintegranda 3. & 4. 3. q. 1* (p) Perperam tamen ex his intuleris, cumulari non poſſe in uno libello petitorium & poſſeſſorium ſivè adipiſcendæ ſivè recuperandæ, ſivè etiam retinendæ poſſeſſionis, *cap. 4. & 6.* ✠ *de cauſ. poſſ & propr. Junct. l. 12. § 1. ff. de acquir. vel amitt. poſs.* cum hanc cumulationem probaverim alibi ſatis.

## *De remediis poſſeſſoriis quibuſdam publicis ac privatis, & in ſpecie de Precario ac Precariis.*

### XXXIX.

PRæteriſta variæ adhuc dantur interdictorum ſpecies, quæ ad PUBLICAM plerumque pertinent utilitatem, inſupérque ſubinde proprietatis quæſtionem continent; veluti INTERDICTUM de aqua caſtellaria: *l. 1. §. fin. ff. de aqua quotid. & æſtiv.* INTERDICTUM de locis Sacris & Religioſis: *l. 2. § 2. ff. de interd.* INTERDICTUM de locis, fluminibus & itineribus publicis; *l. 2. & ſeq. ff. de loc. & itin. l. 2 & § 1 § 20. & ſeq. ff. ne quid in loc. publ. l. 1. §. 3. ff. de loco publ. fruend. l. un. § 2. ff. de via publ. & ſi quid. l. un. § 2. ff. de viâ publ. & itin. publ. l. 1. §. 4. & §. 19. ff. de flum. l. un. §. 2. ff. ne quid in flum. publ. l un. pr. & ſeq. ff de ripa mun.* INTERDICTUM de mortuo inferendo. *l. 43. ff. de relig. & ſumpt. fun.* INTERDICTUM de liberis hominibus exhibendis & ducendis, *l. 1. & 3. ff. de liber. hom. exhib. & ducen.* quæ ſunt aut prohibitoria, aut reſtitutoria, aut exhibitoria: etiam nonnunquam cuivis de populo competentia ac perpetua.

### XL.

PRIVATAM magìs utilitatem reſpiciunt INTERDICTUM de itinere actúque privato, *l. 1 pr. & § 13. ff. de itin. actúque priv.* cui aliqualiter accedit INTERDICTUM de aqua quotidiana & æſtiva, *l. 1 §. 1. 2. 3. 4. 29. 30 ff. de aqua quotid. & æſtiv.* utì & non modò INTERDICTUM de rivis, *l. 1. §. 1. ff. de riviſ.* ac de fonte, *l. 1. pr. § 1 & 6. ff. de fonte;* ſed & INTERDICTUM de cloacis *l. 1. §. 4. & §. 15. ff. de cloacis* quæ quidem plerúmque ſunt prohibitoria; utì etiam ſunt INTERDICTUM de arboribus cædendis perpetuum, *l. 1. pr. ff. de arb. cæd. & arg. l. 2. ff. eod.* & INTERDICTUM de glande legenda triduanum: *l. un. ff. de glande leg.* imò & INTERDICTUM de migrando, quo prætor vetat, ne inquilinus impediatur res mobiles è loco, unde migrat, ſolutâ mercede efferre: *l. 1. pr. ff. de migran.* perpetuum hoc & in hæredes tranſitorium: ſicut eſt quoque INTERDICTUM de ſuperficiebus,

(n) Obſt. *l. 12 & 18. ff. de vi & vi arm. Junct. l. 3. 13. § pen. ff. eod.* (o) Obſt. *l. 7. C. de leg. Jul. de vi. l pen § 2. C. de præſcript. 30 vel 40 ann. l. 14. C de Agricol. & cenſit. lib. 12. l. 7 C unde vi l. 3 § 9 ff. de vi & vi arm. l. 4 § 26 ff. de uſurpat. & uſucap.* (p) Obſt. *l. 7. ff. de vi & vi arm. cap. 15.* ✠ *de reſt. ſpol. & cap. 18. eod.*

bus, quod res immobiles maximè reſpicit prohibens, ne, quemadmodum quis ex lege locationis ſuperficie fruitus eſt, ità frui per vim turbetur. *l. 1. §. 2 ff. de ſuperficieb.* Cæterum ad reſtitutoria quoque interdicta pertinet INTERDICTUM de Precario, *l. 2 § 1. ff. de precario.* perpetuum, *l. 8. ff. eod. tit. de precario, l. 2. C. de præſcript. 30. vel 40. ann.* competens illi, qui precario conceſſit, ejúſque hæredi; *l. 8. §. 4. l. 10 ff. de precar.* contra eum, qui precariò accepit, & reſtituere recuſat, *l. 4. §. 2. ff. de precar.* licet precarium non contractus ſit, *l. 14. ff. de precar.* (q) ſed gratuita usûs conceſſio ad nutum revocabilis, *l. 1. § 2. ff. de precar.* (r) diſtincta à Precariis, quæ contractus ſunt Canonicus de re Eccleſiaſticâ cum ordinaria alienationis ſolennitate per *Extravag. ambitioſæ, de reb. Eccleſ. non alien.* notoriè inductâ alicui concedendâ, eâ lege, ut ſingulis quinquenniis renovatio hujus conceſſionis petatur, *cap. 1. de precariis.* nec ad lubitum revocari poſſit. *cap. fin. in fin. de precar.*

## *De exceptionibus variis in genere, ac ſpecie.*

### XLI.

EX precariis vera naſcitur actio: datur autem ex ſpeciali gratia nonnunquam actio præſcriptis verbis occaſione precarii rei perſecutoria, *l. 2. §. 2 l. 13. § fin. ff. de precar.* quæ ſanè elidi poſſunt, æquè ac aliæ actiones exceptionibus, ad excludendum id, quod in intentionē, condemnationémve eſt deductum, comparatis; *l. 1. & l. 2. ff. de except. præſcript. & præjud. l. 5. & 9. C. eod.* ſi opponantur hæ: neque enim Judex exceptiones omiſſas ſupplet. Et quidem exceptiones dilatorias proceſſum reſpicientes quod ſpectat, antè litem conteſtatam non tantùm eæ opponendæ, ſed etiam probandæ ſunt, *l. pen & ult C. de except. l. 16 C. de judiciis.* (s) peremptoriæ verò proponi poſſunt poſt litis conteſtationem uſque ad ſententiam: *l. 4 & 8. C. de except.* (t) præſertim ſi ſint litis finitæ, quæ initio litis propoſitæ ingreſſum ejus poſſent impedire, *cap. 1 de litis conteſt. in 6.* qualis eſt exceptio tranſactionis, & præcipuè rei judicatæ, cui poſteriori, ut locus ſit, requiritur, ut lis terminata denuò moveatur inter eaſdem perſonas, de eâdem re, & ex eadem petendi cauſa, *l. 12. 13. & 14. pr. Junct. l. 3. 7. §. pen. & l. 27. ff. de except. rei jud.* (u) Sunt cæterum exceptiones aliæ CIVILES, ut Senatus Conſulti Macedoniani, Vellejani, diviſionis ex Epiſtola D. Hadriani, & *auth.* ſi qua mulier, *C. ad SC. Vellejan.* jam alibi attactæ; aliæ PRÆTORIÆ, inter quas eſt exceptio doli ſpecialis, accommodata circa rem, in qua dolus commiſſus, *§. 1. Inſt. de except. l. 2. § 2. ff. de doli mali & met. except.* etiam hæredibus ac fidejuſſoribus; *l. 7. §. 1. ff. de except.* (vv) contra eos, qui dolum fecerunt, etiam pupillos *l. 4. § 4 ff. de doli mali & met. except.* & ſucceſſores univerſales, arg. *l. 120. ff. de reg. jur.* ac particulares ex causâ lucrativâ: *l. 4. §. 29. ff. de doli mali & met. except.* (x) ex cauſa autem oneroſa non

ali

(q) Obſt. *l. 23 ff. de reg. jur.* (r) Obſt. *l. 17 § 3. in fine ff. commodati, l. 4 § ult. l. 5. l. 8 § 7. ff. de precar.* (s) Obſt. *cap. 4 ⁘ de except. cap. 1. eod. in 6. cap. 12. ⁘ de except. & cap. 8. eod in 6. l. 19 C. de probat.* (t) Obſt. *l. 9 C de except.* (u) Obſt *l. 7. pr. § 1. 2 3 l. 21 § 1. 2. 3. ff. de except. rei judic.* (vv) Obſt. *l. [illegible] § 1. l. 4 § pen. ff. de doli mali & met. except Junct. l. 4 § 18 & l. 11. ff eod.* (x) Obſt. *l. 2. § 1. l. 4 § pen. ff. de doli mali & met. except. l. 5. ff. de diverſ. tempor. præſcript.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aliter, quam ſi acceſſione authoris ſui uti velint. *l.* 4 §. 27. § 29 & § 31. *ff. de doli mali & met. except.* competens exceptio metûs in rẽ ſcripta *l.* 4. §. 33. *ff. de doli mali & met. except.* ad id, ne quod ex metu promiſſum eſt, tradi oporteat, & exceptio jurisjurandi, competens illi, qui ad delationem alterius juravit, in actionibus in perſonam: ſe nihil debere; vel in actionibus in rem: rem ſuam eſſe. § 4. *Inſt. de except l.* 1. *ff. quar. rer. act. non datur, l.* 9. *ff de jurejur.* Atque hæc ſanè exceptio jurisjurandi, ſi paratæ ſit probationis, Prætor æquitatis ſervandæ ſtudioſus, ſciénſque aliàs nihil intereſſe, ipſo jure quis actionem non habeat, an per exceptionem ea infirmetur, *l* 112 *ff. de reg. jur.* non dat, ſivè non vult actionem inſtitui ab eo, cui ſummo forſan jure competeret actio. Quod idem facit in caſu, quo alicui favet exceptio de eo, quod in alea geſtum erit, actionem enim & tunc denegat. *l.* 1. §. 5. *l.* 2. §. 1. *ff. quar. rer. act, non datur.*

## XLII.

SUnt verò etiam exceptiones aliæ reales hæredibus, ac fidejuſſoribus competentes; *l.* 7. § 1. *ff. de except.* aliæ perſonæ cohærentes ad alios non tranſitoriæ, *d. l.* 7. *in pr. ff. de excep: Junct. l.* 1. *ff. de conſt. princip.* (y) inter quas poſtremas malè numeraveris exceptionem Præſcriptionis, quæ ex temporis decurſu ſubſtantiam capiens actioni, aut exceptioni objicitur; nam hæc exceptio & hæredibus præſcribentium utiq; prodeſt. Circa temporis computationem autem ea diverſitas attendenda manet, ut ſi PRÆSCRIPTIO fuerit RERUM, tempus non à momento ad momentum, ſed totum poſtremũ diem computemus, *l.* 6. *ff. de diverſ. & temp. præſcr.* ideóque, qui horâ ſextâ diei Calendis Januarii poſſidere cœpit, horâ ſextâ noctis pridie Calendas Januarii præſcriptionem impleviſſe dicendus eſt, *l.* 7. *ff. d. t.* id enim in ea præſcriptione ſervatur, ut, etiamſi minimo momento noviſſimi diei poſſeſſa res ſit, nihilominus repleatur uſucapio: nec totus dies exigatur ad explendum conſtitutum tempus *l.* 15. *ff eod. tit. de diverſ temp. præſcript.* Econtra ſi ſit PRÆSCRIPTIO ACTIONUM, tempus oportet computare de monumento ad monumentum: nam in omnibus temporalibus actionibus, niſì noviſſimus dies totus compleatur. præſcriptio non finit obligationem *l* 6. *ff. de oblig. & act.* Porrò in CIVILIBUS materiis loquendo conſtat ſatìs ex principio *Inſt. de uſucap.* & ex lege *un. C. de uſucap. transform.* quod cum res mobiles triennio: immobiles longo tempore præſcribantur, competentes harum rerum intuitu actiones reales eodem regulariter triennio, aut tempore pereant in conſequentiam amiſſi juris realis. Actiones autem perſonales civiles (idem eſt de actionibus prætoriis, quæ rei perſecutionem continent, nec actum jure civili validum impugnant arg. *pr. Inſt. de perpet. & temp. act.* & *l.* 35. *in pr. ff de oblig. & act.*) regulariter non aliâ, quàm tricennariâ præſcriptione elidantur, *l.* 3. & 4. C. *de præſcript.* 30. *ann. l.* 1 §. 1. *C. de ann. except. l.* 2 *C. de conſtit. pecun.* in CRIMINALIBUS contra accuſationes, niſì intra ſpatium annorum 20. anchoentur, ferè omnes pereant, *l.* 12 C. *ad leg. Corn. de Falſis. l.* 3. *ff. de req.*

(y) Obſt. *l.* 14. *ff. ſoluto matrim. Junct. l.* 28. *ff. mandati.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

*req. vel abſ. damn.* (z) Neque hic addendum quid aliud puto, niſì, ut, quod de rerum indéque competentium præſertim actionum realium præſcriptibilit te dixi, memineris, de rebus Sæcularibus maximè intelligi: quia res Eccleſiaſticæ immobiles annis non niſì ad minimum 40. etiamſi ſolo feudi titulo poſſeſſæ forent, præſcribuntur, *cap. 4. cap. 6. 8 & 9. ✠ de præſcript. cap. 2. eod. tit. in 6. Nov.* 111. *cap. un. Nov.* 131. *cap* 6.

## *De obligationibus, quæ ex ſtipulationibus tùm principalibus, tùm acceſſoriis à fidejuſſore, alióve contractis naſcuntur.*

### XLIII.

SEd, dum obligatio, quæ paſſim mater actionum dicitur, naſcitur ex contractu, vel quaſi: maleficio vel quaſi tali *§. fin. Inſt. de oblig.* planè, ut tacta ſæpius actionum natura melius inclareſcat, de ipſa obligationis diverſitate non nihil juverit edicere. Et inprimis quidem ſuppono, quòd obligatio ſit VEL naturalis, æquitatis & naturæ vinculum, citra competentem eo nomine actionem civilem, *l. 84. § 1. ff de reg jur. l 95. §. 4. ff de ſolut.* VEL civilis naturali conjuncta (nam civilem ab omni prorſus naturali ratione ſeparatam nullam agnoſco, *arg. l. 3. §. 1. ff. de conſtit. pecun. l. 3. §. 11. ff. de peculio*) (a) productiva actionis. Inter obligationes has civiles famoſa valdè eſt obligatio verborum orta ex ſtipulatione. *l. 2. §. 8. C. de vet. jure enucl. l. 14. in fine ff. de novat.* (b) STIPULATIO ſiquidem ſivè dandi ſit, ſivè faciendi, præciſam imponit obligationem præſtandi ſivè rem, ſivè factum in eam deductum, ut nec præſtatione intereſſe promiſſor liberetur, *§. 1. Inſt. de empt. & vendit. & §. 2. Inſt. de donat. verſ.* ad exemplum venditionis, *l. 11. §. 2 ff. de act. empti vend. l 21. ff. ad leg. Corn. de Falſis.* (c) Nec differentia eatenus eſt, an ſtipulatio ſimplex ſit, vel correalis; quanquam ſi unus ex correis promittendi ſolidum ſolverit, aut ex ſtipulandi reis ſolidum receperit, notabile illud ſit, ut à cæteris nihil repetere unus, aut reſpectivè eiſdem communicare teneatur *l. 62. ff. ad leg. Falcid.* (d)

### XLIV.

DOctrina circa correalem obligationem, quæ naſcitur ex ſtipulatione ad inducendam principalem hujus generis obligationem contracta, ſuo modo etiam in acceſſoria ſtipulatione fidejuſſoria obtinebat; quatenus JURE DIGESTORUM & CODICIS liberum erat creditori vel reum principalem, vel fidejuſſorem in ſolidum convenire, *l. 2. & 5. C. de fidejuſſor.* modò fidejuſſio obligationem principalem

(z Obſt. *l. 13 ff ad SC. Silanian l ult. ff. ad leg Pomp. de Parricidiis, l. 19 § 1. ff. ad leg. Cornel. de Falſis,* l. 5. C *de injuriis,* (a) Obſt. *l. 9 § 1. ff de conſtit. pecun. Junct. l. 1. eod l. 59. ff. de condict indeb. l. 16 § 3 ff de fidejuſſor. & mandat. l. 1 ff de novat. l. 7 § 2 ff de pactis, Junct. cap. 3. ✠ de præſumpt. l. 91 § 4 ff. de ſolut. § 3. Inſt. de except. tit. ff de re jud. Junct l. 2 § 4 ff de liber. exhib. & l. 83 § 1. ff de verb oblig. tit. Inſt. de lit. oblig. Junct l 64. ff de condict. indeb. & l. 1 C de poſtul Can.* turbatur 12. *verſ. item ſi in fine* 1. *q.* 4 (b Obſt. *l. 32 ff de reg. jur Junct. l. 8 in fine ff. de accept* (c Obſt. *l. 71 pr. l. 75 § 7 ff. de verb. obl. Junct l. 13 § 1. ff. de re jud. § ult Inſt de V O. l 4 C de act empt. vend l. 12. ff. eod.* (d) Obſt *auth. hoc ità C. de duob. reis ſtipul. & promitt. deſumpt. ex Nov. 99. Junct. l. 11. pr. ff de duob. reis conſtit.*

lem §. 5. *Inſt. l. 8. §. 7. ff. & l. 22. C. de fidejuſſor.* (e) non excederet, aut ſaltem, ſi excederet, quoad ſummam concurrentem utilis eſſet. arg. *l. 1 §. 4 & 5. ff de verb. oblig. l. 11. §. 1. ff. de conſtit. pecun. l. 9. ff. de uſur. l. 70. ff. de fidejuſſor. l. 33. ff. mandati. l. 34. pr. C. de donat. Junct. l 22. in fine ff. eod.* (f) Sed JURE NOVO non nihil indulgentius à Juſtiniano fidejuſſoribus cautum eſt; nam fidejuſſores in Novella 4. *cap. 1.* (indéque deſumpta *auth. præſente C. de fidejuſſor.*) acceperunt ordinis beneficium, ut non niſì excuſſo principali debitore efficaciter conveniri queant. Cui beneficio concedendo viam videtur ſtraviſſe Hadrianus, volens inter concurrentes fidejuſſores, ne unus ſolus totum præſtet, vigere beneficium diviſionis §. 4. *Inſt. de fidejuſſor* De beneficio cedendarum actionum, vi cujus fidejuſſor in caſum, quo ſolvit, à creditore actionum contra debitorem principalem, vel confidejuſſores competentium ceſſionem fieri ſibi poſtulat, ad effectum, ut iiſdem ſaltem utiliter contra eundem debitorē utatur, aut confidejuſſorem, *l 39 ff. de fidejuſſor. l. 11. C. eod. tit.* plures plura tractant: rectè tu obſervaveris, his beneficiis mulieres pro aliis intercedentes non indigere, cum utilius illis remedium contra natam in eas ex fidejuſſione ſua obligationem habeant, Vellejani ſcilicet Senatus Conſulti exceptionem, *l. 40. ff. de condict. indeb. l. 7 §. 1. ff. de except.* (g) adverſus creditorem, ſi is mulierem intercedere non ignoraverit, ejúſque creditoris hæredem: *l. 1. C. l. 12. 28 §. 1. ff. ad SC. Vellejan. arg. l. 4. §. 16. ff. de doli mali & met. except.* (h) adeò, ut ſi mas cum muliere interceſſerit, is ſolus teneatur in ſolidum, *l. 48. in pr. ff. de fidejuſſor.* (i) modò mulier de hoc ſuo Privilegio certiorata eidem SPECIALITER non renunciaverit. *l. ult. §. pen. ff. ad SC. Vellejan. l. 40. ff. de condict. indeb. Junct. l. pen. ff. de pactis.* (k)

## *Quibus modis tollatur obligatio orta ex contractibus, vel quaſi.*

### XLV.

PRæindicatis cedendarum actionum, diviſionis, ordiníſque beneficiis nec fidejuſſores, nec quicunque alii indigent, ſi obligatio principalis vel ipſo jure, vel ope exceptionis *l. 37. ff. de fidejuſſor.* ſublata ſit. Modi, quibus ipſo jure tollitur obligatio, tres præcipuè ponuntur: PRIMUS EST NOVATIO, prioris obligationis in aliam, mediâ ſtipulatione, transfuſio: *l. 1. ff. de novat.* ſivè voluntaria ea ſit, ſivè neceſſaria; *l. 29 ff. de novat.* quam neceſſariam non ſola litis conteſtatio, (*l*) ſed judicati demum obligatio conſtituit: *l. 3. § 11 ff de peculio. Junct. l. 11. § 1 ff. de novat. arg. l. 86. & 87. ff de reg. jur* nec alterutram ſola pœnæ ſtipulatio, obligationi alteri appoſita, inducit; *l. 28. ff. de act. empt. l. 14* C. *de pactis, l. 71 ff pro ſocio, l. 47 ff. de act.*

(e) Obſt. *l. 6 § ult. ff § 1. Inſt. de fidejuſſor. Junct. l. 60. ff eod.* (f) Obſt. *l. 8 § 7 ff de fidejuſſor. § 1. Inſt eod.* (g) Obſt *l. 16 § 1 in fine ff. l. 23 § ult C ad SC Vellejan. auth. ſi qua mulier C eod.* (h) Obſt. *l. 4. 13 C l ult § 2. ff ad SC Vellejan.* (i) Obſt. *l. 17 § ult l 18 ff ad SC. Vellejan.* l. 8 C *eod.* l. 48 § 1. *ff de fidejuſſor.* (k) Obſt. l 22 C *ad SC. Vellejan. l. 29 l. 30 ff de legib.* (l) Obſt. l. 29 *ff de novat Junct.* l. 83 § 1. *ff. de verb oblig.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*act. empt.* (*m*) quamvis in aperto ſit, induci eam per delegationem, dum debitor vice ſuâ alium creditori ſuo conſentienti dat, *l.* 11. ff *de novat.* §. *pen. Inſt. quib. mod. toll. oblig.* SECUNDUS EST ACCEPTILATIO, ſeu per ſtipulationem acquiſita liberatio: *arg. l.* 1. ff. *de acceptil.* modus ſanè civilis *l. pen. in fine* ff. *de ſolut.* §. 9. *inſt de act.* (*n*) ſolas verbis contractas obligationes per ſe, §. 1. *inſt quib. mod. toll. oblig.* cæteras autem mediâ ſtipulatione Aquilianâ, diſſolvens, §. 2. *Inſt. d. t. quib. mod. toll. oblig.*

## XLVI.

TERTIUS obligationis ipſo jure diſſolvendæ modus (ut de modis, quibus ope exceptionis, puta, doli mali, metûs ac pacti liberatorii objectionibus diſſolvitur, ſileam) eſt utique SOLUTIO, ſivè naturalis ejus, quod debetur, præſtatio: *pr. inſt. quib. mod. toll. oblig. l.* 49. ff. *de ſolut.* cui vicina eſt compenſatio, ſeu debiti & crediti inter ſe contributio: *l.* 1. ff *de compenſat.* cum non minùs illa, quàm vera ſolutio, ipſo jure obligationem tollat; *l.* 4. *C. de compenſ. l.* 4. *qui pot. in pign. l.* 19. ff. *de liber. cauſ.* adeò ut, qui ſolvit, quod compenſare poterat, tanquam indebitum condicere poſſit; *l* 3 10. §. 1. *l.* 21. ff. *de compenſat. l.* 5. §. 2 ff. *de impenſ in re dot. fact. l.* 30 ff. *de condict. indeb. l.* 4. *C. de compenſat.* (*o*) nec interſit, quale ſit debitum, civile, an naturale, *l.* 6. ff. *de compenſat. l.* 20. §. 2. ff *de ſtatu liber.* (*p*) ut tamen depoſitum eam non admittat, *l. fin. C. de compenſat. & l. pen.* ff. *depoſiti*, illi tamen, qui ſolvere juravit, non denegetur, *arg. l.* 4. ff. *&* 4. *C. de compenſat. l.* 4. *qui pot. in pign.* (*q*) adeò, ut debitor neceſſarius creditori ſuo legans compensâſſe cenſeatur *l.* 22. §. 3. ff. *ſolut. matrim.* (*r*) Denique nec præfata ordinis & diviſionis beneficia, prout alibi *arg. l.* 2. *&* 5. *C. de fidejuſſ. & mandat.* ſubindicatum, habent fidejuſſores iſti, (*s*) quos plerúmque ſtipulationes prætoriæ *l.* 1. §. 5. *l.* 7. ff. *de ſtipul. prætor.* ((*t*) ſivè judiciales, qualis eſt judicatum ſolvi: *tit.* ff. *judicat. ſolvi.* ſivè cautionales, qualis eſt rem pupilli ſalvam fore: *l.* 1. § 2. ff. *de ſtipulat. prætor.* ſivè communes, qualis eſt cautio de judicio ſiſti, ſpectans ad judicii præparatoria: *l.* 1. §. 3. ff. *de ſtipul. prætor.*) deſiderant, eo quod ſatiſdationes iſtæ eum in finem interponantur, ut ratum fiat judicium. *l.* 1. §. 1. ff. *de ſtipulat. prætor.*

## *De obligationibus, quæ ex maleficio, vel quaſi, naſcuntur.*

## XLVII.

POſt obligationes, quæ ex contractibus per decurſum huc uſque enumeratis naſcuntur, ſupereſt ad ductum legis 1. *in pr.* ff. *de oblig. & act.* ut agatur de illis, quæ ex delicto oriuntur: eſt autem delictum dicto factóve (quô & ſcriptura & conſilium

(m) Obſt. l. 41 ff *pro ſocio*, *l* 44 § *ult.* ff *de oblig. & act.* l. 1 ff *de penu legat.* l 24 ff *quand. dies legat. cedat*
(n) Obſt. *l* 8 § *fin. in fine* ff *de acceptilat.* (o) Obſt. l. 2 ff *de compenſat.* l 8 ff *rer. amot* *Junct. l.* 6 C *de compenſat. l* 44 ff *de condict. indeb.* § 39 *Inſt de act & l. fin* § 1 C *de compenſat.* (p) Obſt l 15 ff *rem. rat. hab.* l. 6 C *de compenſat.* (q) Obſt. *cap* 7 ⁒ *de jurejur. Junct.* l. 6 ff *de jurejur.* l. 45 ff *de condit. & demonſtr.* l. 49 *in fine* ff *de ſolut.* (r) Obſt. l. 4 ff *de collat dot.* l. 91 ff *ad leg. falcid.* (s) Obſt. *Nov.* 4 *cap* 1. *& auth. præſente C de fidejuſſ. & mandat.* l. 14. 16 ff *jud. ſolvi.* (t) Obſt l. 1 § 9 ff *de collat.* l. 8 § 2, 3. 4 ff. *de oper. novi nunciat.* l. 1 § 6. ff *de ſtipulat. prætor.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

um & auxilium pertinet, *l. 16. ff. de pœnis*, §. 11. 12 *inſt. de oblig. ex delicto, l. 53. ff. d. t.*
*de pœnis*) per dolum culpámve alterius alteri illata offenſio, prout eruere licet ex le-
ge *1. & 2. ff. de legib.* lege *4. §. 1. ff. ad leg. Corn. de Siccar.* lege *38. §. 8 ff. ad leg. Jul. de*
*Adult.* (*u*) ubi præprimis occurrit FURTUM NON VIOLENTUM, ſeu frau-
duloſa illa REI ALIENÆ mobilis *§. 7. inſt. de uſucap. l. 25. 57. ff. de furtis* (rei enim
propriæ, & quæ nullius eſt, furtum non fit *l. ult. ff. expil. hæred.*) (*vv*) vel USUS,
arg. *§ 6 inſt. de oblig. quæ ex delict. l. 48. § 8. l. 54 pr. & § 1. ff. de furt.* POSSESSIO-
NISVE §. 10. *inſt. de obl. quæ ex delict.* contrectatio, ſivè verè talis, ſivè, ut eſt opis con-
ſiliive præſtatio §. 11 *inſt. de oblig. quæ ex delict.* (*x*) interpretativè talis, facta lucri
faciendi gratiâ, *§. 1. inſt. de oblig. quæ ex delict. Junct. l. 39. & 53. ff. de furt.* Circa quod
delictum puniendum id obſervatum legitur, ut quanti res ablata à tempore commiſ-
ſi furti fuit plurimi arg. *l. 50 pr. ff. de furt.* (*y*) ſi furtum manifeſtum eſſet, pœna le-
galis quadrupli; ſi nec manifeſtum dupli: §. *25 26 27. Inſt. de act.* fuerit: próque hu-
jus pœnæ conſecutione actio furti omnibus, quorum intereſſe potuit, *§. 13. inſt de*
*oblig. quæ ex delict. l. 10. & 11. ff. de furt.* contra furem privato jure ſibi liberè vivente,
pluréſq; inſolidum *l. 1. C. de condict. furt. l. 21. §. pen. ff. de furt. arg. l. 11. §. 2. ff. ad Leg.*
*Aquil.* competeret: noxalis autem actio data fuerit contra dominum, ſi fur ſervus fu-
iſſet: ſíq; forſan familia ſervorum, domino ignorante, aut impedire non valente, furtū
fecerit, is, ſi ſervos omnes noxæ dedere noluerit, unâ damni præſtatione liberaretur
*l. 1. pr. & §. 1 & l. 3. ff. ſi famil. furt. feciſſe dic.* (*z*) ex ſpeciali quaſi juris favore.
Actioni furti nec manifeſti, in quantum dicitur concepta fuiſſe in duplum, PRIMO
aſſimilatur actio de tigno juncto: nam ſi quis ſivè bonâ ſivè malâ fide alienum ſuis æ-
dibus tignum junxerit, licet ad exhibendum actio aut vindicatio non competat pri-
ſtino domino conſultum tamen ipſi fuit datâ actione de tigno juncto, in duplum
æſtimationis lege XII. Tabb. comparatâ; *l. 1. ff. de tigno juncto, § 29. inſt. de rer. di-*
*viſ. l. 7 § 10. ff. de acquir rer. dom.* hac ſolâ inter bonâ, maláve fide jungentem ob-
ſervatâ differentiâ, quòd reſpectu malâ fide jungentis præter infamiam arg. *l. 8. C.*
*ex quib. cauſ. infam irrog.* ſolutíque poſtmodum tigni *l. 23. § 6. & l. 59. ff. de rei*
*vindic* (*a*) vindicationem duplum iſtud mera pœna ſit: reſpectu autem bonâ fide
jungentis contineat etiam perſecutionem, *l. 1 § ult. l. 2. ff de tigno juncto.* SE-
CUNDO actio arborum furtim cæſarum: nam in cædentem arbores, aut cædendi
causâ ferientem, cingentem vel ſubſecantem *l. 5. ff arbor. furt. cæſ.* ex eadem Lege
XII. Tabb in duplum non arboris cæſæ, ſed quanti intereſt, *l. 1. 7. §. pen. & ult. l. 8.*
*ff arb furt. cæſ.* perpetuò agi poteſt. Furtum autem VIOLENTUM paulò ali-
ter notatum eſt: ſi enim quis eò devenerit audaciæ, ut rapinam, furtum quò violen-
tius

(u) Obſt. *§ 7 Inſt de obligat. quæ ex delicto.* l. 46 § 7. l. 53 *ff de furtis* l. 3 *§ pen. & ult.* l. 4. *de injuriis, §*
*pen. Inſt de oblig quæ ex del.* l. 3 § 1 *ff. de injur.* l. 12 *ff ad leg. Cornel de ſiccar* (vv) Obſt. *§ 10 Inſt. quæ*
*ex delicto, l. 1. § ult.* l. 15 *§ 1 & ult.* l. *59. 66. 87 ff de furtis.* (x) Obſt. l. 52 *§ ult ff de verb. ſignif. § 11 in*
*fine inſt de oblig. quæ ex delicto.* (y) Obſt l. 9 *ff de furtis.* (z) Obſt l. *9 ff de juriſdict. l. 34. ff de injuriis*
l. 11 § 2. 4. l. 51 *§ 1 & ult in fine ff ad Leg Aquil.* (a) Obſt *§ 29 in fine Inſt de rer. diviſ. l. 95 § ult.*
*in fine ff de ſolut.* l. 63 *ff de donat. inter vir & uxor.* l. 41 *§ ult.* l. 42. 43 *ff de legat. 1.* l. 1 *ff de tigno Juncto*
*Junct. l. 63 in fine ff de donat. inter vir. & uxor.*

tius, eò improbius, non attentare ſolùm, ſed etiam conſummare auſus fuerit, ab omnibus, quorum intereſt. *§ ult. inſt. de vi bon. rapt. l. 2. §. 22. & 23. ff. eod.* actione VI BONORUM RAPTORUM intra annum utilem in quadruplum veri pretii, poſt annum in ſimplum *pr. inſt. de vi bon. rapt. & l. 2. §. 13. ff. eod.* (*b*) conveniri poteſt. Quo ſanè loco, quia ſæpè, dum rapina præſertim aperta vi agitur, turba hominum concurrit, opportunè advertitur, eum, qui aut ipſe in turba damnum dedit, aut dolo ſuo fecit, ut datum ſit, intra annum in duplum, poſt annum verò in ſimplum ACTIONE DE TURBA *l. 4. pr. & § 4. 5. 6. 7. 8. 11. 12. 13. 14. ff. de vi bon. rapt.* teneri: eum verò, qui dolo malo INCENDII VEL RUINÆ TEMPORE QUID RAPUERIT aut abſtulerit, præterquam, quòd actione prætoriâ intra annum in quadruplum, poſt annum in ſimplum conveniri poſſit, *l. 1. pr. & §. 2. 3. l. 3. §. 1. 3. 4. 5. 6. 7. ff. de incend. ruin. naufrag. Junct. l. 1. § 3. ff. depoſiti.* etiam ex lege Juliâ de vi publicâ vel privatâ puniendum eſſe. *l. 3. § 3. ff. ad Leg. Jul. de vi publ. l. 1. § 1. ff. ad Leg. Jul. de vi priv.* Cæterum ſi quis ipſe ædibus malitioſè ignem injeciſſe probatus fuerit (debet autem probari pleniſſimè, quia nec aliàs contra inquilinum militans præſumptio culpæ incendii in ædibus ejus orti, illum innocentiæ probatione onerat *arg. l. 4. C. de edendo, l. 21. ff. de probat. l. 23. C. eod. l. 10. C. de non num. pecun. l. 2. ff de probat. l. 51. ff. pro ſocio*) (*c*) aut ſi incendium in urbe feciſſe, convictus fuerit, ſubinde vinctum, verberatum, igne eſſe necatum, habet lex *9. ff. de incend. ruin. naufrag.* ſubinde, ſi humilioris erat loci, beſtiis objici ſolitum fuiſſe; ſi honoratior, capitis aut deportationis pœnam ſubiiſſe; *l. ult. in fine ff. de incend. ruin. naufrag. l. 10. ff. ad Leg. Corn. de Siccar.* quandóque etiam vivi comburii. *l. 28. §. 12. ff. de pœnis.* Quòd etiam alterius dignitatis, honoris & exiſtimationis dolo malo facta læſio, hoc eſt, INJURIA, delictum ſit, non eſt, qui dubitet; quod ſicut variis modis in *§. 1. 8. & paſſim Inſt. & ff. de injur. & fam. libell.* relatis committitur, ita varia ad ejus perſecutionem prodita ſunt remedia; nempe ex Lege XII. Tabb. propter membrum quidem ruptum pœna erat talionis; propter os verò fractum XXV. aſſium: *§. 7. Inſt. de injur.* Ex jure autem Prætorio injuriam paſſo libera eſt ejus æſtimatio, prudenti judicis decreto pro qualitate paſſi & injuriæ moderanda; *cit. §. 7. & 9. inſt. de injur. & l. 7. §. pen. ff. eod.* imò atrociorem paſſo injuriam liberum eſt ex lege Cornelia *l. 37. in fine ff. & §. 8. inſt. de injur.* ſicut & alias propter quamcunque *§. 10. inſt. & l. fin. ff. de injur.* vel civiliter, vel criminaliter extra ordinem, hodiéque ad palinodiam experiri poteſt.

## XLVIII.

PRæter hæc ORDINARIA crimina inſuper varia dantur EXTRAORDINARIA, in quæ nulla certa pœna per leges conſtituta, ſed arbitrio judicis infligenda eſt: *l. 3. §. pen. ff. Stellionat. l. 1. §. 1. 2. ff. de effract. & expilat.* (*d*) inter quæ famoſiora occurrunt crimen DARDANARIORUM: *l. 6. ff. de extraord. crim.* SCOPELISMI: *l. 9. d. t. de extraord. crim.* DIRECTARIORUM: *l. 7. ff. cit. tit.* SEPUL-

F

(b) Obſt. arg. *l. 50. pr. ff. de furtis § 25. 26. 27. Inſt. de act.* (c) Obſt. *l. 3. § 1. ff. de off. præfecti vigil. l. 12. de peric. & comm. rei vend. l. 9. § 4. ff. locati, l. 1. § ult. & LL. ſeq. ff. de his, qui dejec. vel effud. l. 11. § 1. ff. locati,* (d) Obſt. *l. 1. § 2. ff de effract. l. 1. ff de furib. balnear. l. 3. § pen. ff. Stellionat. l. 6. ff. ad leg. Jul. peculat. l. 7. ff. de extraord. crim. l. 1. § 1. ff. de effract.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

**PULCHRI VIOLATIO**, pœnâ 100. ſaltem, aut ſi inhabitatione contigerit violatio, 200, aureorum mulctanda, quam, ſi agat is, ad quem res illa pertinet, prætoriâ, & quidem famosâ; vel illo non agente, quilibet de populo actione populari conſequetur, modò violationi dolus adfuerit. *l. 1. 3. pr. & §. 1. 8. & ult. ac l. 6. ff. de ſepulch. viol.* CONCUSSIO (quæ & impreſſio dicitur *l. pen. C. de his, quæ vi met. cauſ.*) ſeu terroris injectio pecuniæ alteriúſve rei gratiâ ſub ſpecie poteſtatis, aut aliquo juris obtentu atque colore *l. 1. 2. ff. de concuſſ.* facta, cujus ſe reum is quoq; facit qui ſo dì das accuſationes vel teſtimonii dictiones mercatur *l. 2. de concuſſ. l. pen. ff. de calum. Junct. l. 1. §. pen. ff. eod. tit.* præter reſtitutionem rei iniquè extortæ pœnâ inſuper arbitrariâ *l. 1. ff. de concuſſ. l. pen. ff. de calum. l. pen. ff. de his, quæ vi met. cauſ.* ſubinde etiam accuſatione publicâ ex Senatus Conſultis ad pœnam legis Corneliæ propoſitâ *l. 1. l. 2. ff. de concuſſ.* pulſandus. ABIGEATUS, ſeu abductio pecorum ex paſcuis: *l. 1. in fine pr. § 1. ff. de abig.* de cujus requiſitis ac pœnarum varietate videri poteſt lex 1. *in fine pr. & §. pen.* lex 2. lex *ult. pr. & §. 2 ac paſſim ff* & lex *un. C. de abig.* lex *16. §. 7. de pœn.* PRÆVARICATIO, ſivè auxilium poſt inſtitutam accuſationem criminalem *l. 1. §. 1. ff ad SC. Turpill.* per ſordidam corruptionem reo præſtitum: *l. 1 ff. de prævar. l. 212 ff. de verb. ſignif. l. 1. § 1. & 6. ff. ad SC. Turpill.* ex parte accuſatoris corrupti ſubinde pœnâ talionis, *l. 6 ff. de prævar.* ex parte autem rei corrumpentis eâdem, ac ſi verè criminis eſſet convictus, pœnâ puniendum. *l. ult. ff. de prævar. Junct. l. 4. § ult. l. 5 ff. de his, qui not. infam. l. 18 C. de tranſ.* RECEPTIO facta delinquentibus refugii præſtandi, eóſq; abſcondendi causâ *l. 1. § 2 ff. de ſerv. corrupt. l. 13 ff. de off. præſid.* (e) eâdem pœnâ, qua receptus, regulariter punienda *l. 1. C. de his, qui latrones &c.* (f) EFFRACTIO alienæ domûs, alienive horrei, aut ejuſdem EXPILATIO, de quarum pœnis ſtatuit lex *1. §. 1. & ult.* lex 2 *ff. de effract. & expilat.* Differt hinc CRIMEN EXPILATÆ hæreditatis, ità dictum, quod hæreditati jacenti furtum non fiat, *l. 68. ff. de furt. l. 40. ff de noxal. act. l. 1. § 15 ff. ſi is, qui teſtam. lib. eſſe juſſus* ejúſque pœna eſt extraordinaria quidem pro arbitrio judicis: *l. 1 ff. expil. hæred.* non tamen eſt illi locus, ſi ſervus teſtamento liber eſſe juſſus ex hæreditate jacente domini manumittentis quid abſtuliſſet, cum loco judicii ſubſidiarii expilatæ hæreditatis *§. pen. Inſt. de noxal. act. l. 1. C. eod tit l. 17. pr. & § 1 ff de furt.* Prætor utilem in talem ſervum dederit actionem annalem in duplum merè pœnalem, ad ſimilitudinem actionis furti, *l. 1. pr. & §. 17. ff. ſi is, qui teſt. lib. eſſe juſſ.* AMOTIO TERMINI dolo malo facta, ex lege Agraria 50. aureis, populari actione petendis ac variis deinde, ùt ex lege *l. 2. ult pr. & § 1. 2. ff. de term. mot.* videre eſt, pœnis mulctata. Ac demum plurima alia ſunt crimina extraordinaria, STELLIONATUS appellatione deſignari ſolita, quia in illis intercurrens dolus, in perniciem tertii excogitatus in aliam delicti cujuſdam nominati ſpeciem non incidit v. g. dum diſſimulatâ dolosè obligatione, qua res uni affecta eſt, hæc res eadem alteri venditur, alitérve diſtrahitur. *l. 3. § 1. & ſeq ff. Stellionat.*

De

(e) Obſt. *l. 1 & 2. ff. de receptat. Junct. l. 6. § 1. ff. de cuſtod. reor.* (f) Obſt. *l. 1 § 1. 2. ff. de aleat. l. 3. ff. de receptat. l. 39 § 4. ad Leg. Jul. de Adulter.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# *De accuſationibus, inquiſitionibus & denunciationibus, ac publicis judiciis.*

## XLIX.

SUnt verò inſuper delicta, crimináq; atrocia multa, quæ PUBLICA dicuntur, quia ex quadam publicorum judiciorum lege deſcendunt, certámque ex eâ lege pœnam habent, & cuivis de populo eorum ad judicem competentem delatio plerúmq; permittitur fieri §. 1. *Inſt. de publ. jud. l. 1. ff. eod. tit* non quidem per actiones populares, aut ſingulares ad deferentis utilitatem tendentes *l. 12. ff. de V. S.* ſed per ACCUSATIONES, hoc eſt, criminis ad judicem cum inſcriptione ſolenniter facta in ordine ad vindictam publicam, & quidem oblato libello nomen judicis, accuſatoris & rei, genus quoque criminis continente, *l. 3. de accuſat. & inſcript.* citra neceſſitatē tamen formandæ concluſionis arg. *l. 1. § 4 ff. ad SC. Turpill.* inſtitutas delationes. Neque tamen uno hoc accuſationis modo in judicium deducuntur crimina, ſed inſuper DENUNCIATIONE, ſinè ſubſcriptione & talionis metu: *l 9. C. de accuſat.* EXCEPTIONE criminis accuſatori oppoſitâ: cujus exemplum eſt in lege 2. §. 5. lege 13. §. 5. ff. *ad Leg. Jul. de Adult.* ac demum INQUISITIONE: dum Judex famâ permotus publicâ, vel denunciatione hominis, vel etiam motu proprio, (g) inquirit in delictum & delinquentes. *l. 3. 13. ff. de off. præſid. l. 1. C. ubi de crim. ag. l. 3. §. 4. ff de ſuſp. tut.* Et quidem ſi REUS ſit PRÆSENS, frequentes ſæpè quæſtiones ſivè interrogationes ſub tormentis ad eruendam criminis non obſcuris forſan indiciis apparentis confeſſionem *l. 15. § 41. ff. de injur. l. 12. C. de quæſt. l. 1 & ſeq ff. d. t.* inſtituuntur; ſi autem REUS ABSENS ſit, is quemadmodum talibus quæſtionibus urgeri nequit, itâ quamvis de criminis capitalis reatu ſuſpectus foret, ſtatim inauditus damnari nequit, *l. 1. pr. ff. de requir. vel abſent. dam. l. 6. C. de accuſat.* ſed tribus ſaltem edictis vocandus eſt, *d. l. 1. §. 1 2. ff. de req. vel abſ. dam.* bonorum, niſi venerit, facile annotationem paſſurus. *l. 2 ff. d. t.* niſi per abolitionis beneficium à Principe è reorum numero eximatur, & accuſatori neceſſitas accuſationem proſequendi remittatur; *l. 12. ff. ad SC. Turpill. & de abol. crim.* ubi autem venerit, gravibúſque, quibus oneratus eſſe in accuſatione videbatur, indiciis purgatus non fuerit, in carcerem recipiendus, ne, ſi fugâ ſibi conſultum vellet, judicium publicum eludatur. *l. 3 & 7. ff. de cuſtod. & exhib. reor.* Cæterum ſicut quis ad accuſandum habilis (ùt eſt & Religioſus contra ſuum Prælatum *cap. 11. X de accuſat.* & ſubinde Clericus contra Laicum *cap. 2. de homicid. in 6.*) non impetratâ abolitione deſiſtens ab accuſationis proſecutione, nonnunquam dictatam contra Tergiverſatores in SC. Turpilliano pœnam quinque librarum auri incurrit; *l. 2. ff. d. t. ad SC. Turpill.* itâ etiam, quia abolitio accuſationem non crimen, tollit *l. 7. & 12. ff. d. t. l. 2. C. de gen. abolit.* condignam aliquando pœnam criminis ſubit reus, qui fortè ſemel dimiſſus ex novo indiciorum pondere ad judicium raptatur: quidquid rectè aliàs aſſeratur, eum, qui ſemel accuſatus abſolutuſque fuit à crimine, non iterum accuſari poſſe per text. *in cap. 6. X de accuſat. & l. 9. C. eod.* (h)

L.

(g) Obſt. *cap 24 X de accuſat. & inquiſ. cap fin. eod. in 6.* (h) Obſt. arg. legis 3. *quib res jud. non nocet. l. fin ff de prævaric. l. 11 C de accuſat. l. 7 § 2 ff d. t. de accuſat.*

L.

INter delicta criminàque publica, de quibus generatim dixi, eminent ſpeciatim PRIMO ea, quæ per leges Julias notata fuerunt: utì crimen læſæ Majeſtatis humanæ, ſivè ità ſimpliciter dictum, quando à ſubdito citra hoſtilitatem: ſivè appellatum crimen Perduellionis: quando per hoſtilitatem committitur. *§ 3. Inſt. de publ. jud* l. 1 *&* l. *fin.* ff *ad leg. Jul Majeſt* Adulterium ſivè alieni thori violatio, l. 6 § 1. ff *ad leg. Jul. de adult. coer.* eíque cognata ſtuprum l. 34 § 1. ff. *eod* ac lenocinium l. 29 ff *d tit. adLeg Jul. de adult.* quo turpiſſimi quæſtûs causâ corpus proſtituitur. Vis publica privatáque, quâ publica aut privata reſpectivè tranquillitas cum aut ſinè armis læditur. *§ 8 Inſt. de publ. jud.* l. 5. ff *ad leg. Jul. de vi publ.* l. 1 § 10 ff *ad Leg. Jul. de vi priv.* Crimen repetundarum, ſcilicet pecuniarum, committi ſolitum, ſi Magiſtratus ad id faciendum, ad quod vi officii tenetur, pecunias accipiat, l 1 *&* l. 3. ff. *ad Leg Jul. repet* crimen fraudatæ annonæ, quo actum, ut annona carior fieret *l. 2 & 6 ff ad Leg Jul de annona.* Quibus accedunt crimen peculatus, crimen de reſiduis: crimen Sacrilegii & demum crimen ambitus explicata in lege *3. 4. 5. 9.* ff. *ad Leg. Jul. pecul.* lege *un.* ff *de Leg. Jul. amb* SECUNDO crimina notata per legem Corneliam, utì crimen Siccariorum. *l. 1 & 3* ff *adLeg. Corn. de Siccar.* Veneficorum: *d. l 3 § 2 ff d. t.* l. *13 ff eod.* incendiariorum. *l. 10 ff. eod.* falſariorum: l. 2 *& ſeq* ff. *de Leg Corn de Falſ.* TERTIO crimen Parricidii notatum per legem Pompejam, *l. 1 & 4 ff. de Leg Pompej. de Parricid* & crimen plagii notatum per legem Fabiam: l *fin ff de Leg Fab.* quibus & annumerari poſſunt crimina in Divinæ Majeſtatis ſpecialem contemptum tendentia, utì crimen hæreſis: & quæ de hæreſi ſæpè ſuſpecta ſunt, Blaſphemia, Schiſma, Simonia: eáque pejor Apoſtaſia à fide: quorum, aliorúmque malitia pœnæque tum ſpecialibus titulis: *De hæreticis: maledicis: de Simonia: & Apoſtatis: Torneamentis: Sagittariis: Clericis pugnantibus in duello: Sortilegiis: & ſeq* tum generali quadam relatione in titulo *de exceſſibus Prælatorum ac Subditorum* per Sacros Canones explanantur. |

## *De Pœnis: Appellationibus, Relationibus, ac Pollicitationibus.*

L I.

SUnt porrò pœnæ, quibus crimina repræhendi æquum eſt, aliud ferè nihil, quàm malum quoddam paſſionis propter malum actionis inflictum à ſuperiore: ſúntque vel VINDICATIVÆ, ac in fiſci emolumentum tendentes: ad quas pertinet privatio bonorum fiſco cedentium l. 1 ff *de bon. dam.* l. 2 *& 3. ff de bon. eor, qui antè ſent.* l. 3 ff *de interd. & releg.* l. 54 § 2 ff *de jure fiſci.* Vel MEDICINALES, ùt ſunt Cenſuræ Eccleſiaſticæ: quo nomine interdictum, ſuſpenſio & excommunicatio valent intelligi, *cap 20* ✠ *de verb. ſignif.* ferri ſolitæ per ſententiam. Qualem quidem ſententiam, ſi ex impoſita pœna quis: ſe gravatum putaret, etiam in criminalibus interpoſitâ quadam appellatione reſcindi potuiſſe de jure Civili Romano, eruitur ex lege *6 ff. de appell.* l. 10 C *eod.* & de jure Canonico probant textus in *cap 31* ✠ *de appell. Trid. Seſs. 13. de Reform. cap. 1.* (i) Si autem reus conqueri jure nequeat, ſe per ſententiam eſſe gravatum, non prohibetur recurſum ſumere ad Clementiam Principis, ut jam paſſus ſententiam in pristinum ſtatum reſtituatur, l. 2 *& 4. ff de ſent. paſs* ſivè miles captivus fuerit, & poſtliminio reverſus, aut veteranus: ſivè civis aut municeps, novúſque incola: ſivè intra, aut extra legationem, rerúmve ad Civitates aut Provinciam pertinentium adminiſtrationem conſtitutus: gaudens vel non gaudens aliàs jure immunitatis ab oneribus & operibus publicis.

L I I.

JUvat verò plurimùm reo ad conſequendam in integrum reſtitutionem fidelis relatio, quâ poſt latam ſententiam fortè demonſtratur ejuſdem innocentia; arg. *l. 1 § fin ff. de quæſt.* ſíque innocentia demonſtrari nequeat, conducit ad effectum conſequendæ liberationis à pœna corporali, ſi ſuadentibus circumſtantiis notabile quid polliceatur. Mirum enim, quantum pollicitationibus Reipublicæ factis, faverint Romanæ leges, ut etiam hujuſmodi promiſſiones, quamvis nondum acceptatæ, producerent non ſolùm obligationem *l. 3. ff de pollicit* ſed etiam actionem, l. 1. 2. *& 4. ff eod.* contra pollicitatorem ejúſque hæredem ad promiſſum præſtandum, modò nullum aliunde impedimentum ſuperveniat: cæterum quod à quoquo pœnæ nomine exactum fuerit, id eidem reſtituere nemo utique cogendus eſt, cum à facienda reſtitutione eum immunem declaret regula juris relata in lege *46. ff. de reg. juris.*

(i) Obſt. *cap. 3.* ✠ *de appell. cap. 12. & 13.* ✠ *de off. jud. ordin. cap. 28. de ſent. excom. in 6.*

# F I N I S.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf